Ideo dominus noster Ihesus christus sciens bene quid est distorte aie  
expediens: et opportunum: permittit illam sic vexari et turbari varijs  
temptationibus: et bene examinari varijs tribulationibus spiritua  
libus: quousque tota rubigo inmunditie ab ea per ignem sit euacuata: et  
cōbusta. Et hoc fiet intrinsecus per actus dubitationes: et prolixitates:  
quod erit quasi in desperatione quia apparebit quasi derelicta a deo: et tota  
liter posita in manibus inimici: excepta modica fiducia: quoniam habet deus  
miseriam: et bonitatem: quia hanc fiduciam occultam dominus noster Ihesus christus in tali anima  
dimittit quantumcumque se elogauerit ab eadem per quam anima spera desperationis  
one elauatur. Et a spiritualibus miserijs conseruatur. Hoc etiam fit ex  
trinsecus: seu extra se: quia ita mortificabitur: et in sensualitate pun  
ietur: vel per diuersas infirmitates: per sensibilem vexationem diabolicam  
vel per occultam potentiam dei: sicque anima sentiendo: et ferendo cor  
pus miserum punietur. Nec sciet qualiter vel ubi pati non possit in  
corpore: nisi dominus noster Ihesus christus illam in corde conseruaret.  
Nec omnia autem sunt causa probationis more Johannis crisostomi  
super Mattheum dicenti. Qui murmurat de periculo tempta  
tionis murmurat de premio probatoris. In illo enim negotio non potest  
requies inueniri nisi precesserit labor. Quanto magis in spiritualibus  
libus reb' nisi precesserit temptatio: non potest esse probatio.

**Capitulum decimum sextum. ex capitulo quadragesimo secundo  
eiusdem libri secundi. Qualiter gratia contemplationis in proficien  
tibus subtrahitur. Et remanet anima ceca et nesciens aliquod bonum dicens.**

**O**stende ergo mihi animam que per inspirationem gratie habet  
oculum spirituale apertum in considerationes Ihesu christi:  
et que separat: et abstrahitur a dilectione mundi in tantum  
quod habet puritatem: et paupertatem spiritus: spirituale internum  
silentium: et pacem in conscientia. Celsitudinem cogitationis: soli  
tudinem: et secretum cordis: vigilam dormitionem sponse. Et que perdit  
delectationem: dilectionem: et gaudium huius mundi. Et rap  
pitur ex delectatione celestis saporis: et spiritus sitit: veraciterque su  
spirat ad beatam presentiam Ihesu christi. Et secure dicere queso  
quod hec anima ardet totaliter in amorem: et resplendet spirituali lumine.  
Et digna est ad nomen sponse: et honorem similiter puenire: quia refors  
mata est pro illo tempore in sensatione virtutum omnium predictarum.

**Capitulum decimum septimum de subtractione gratie.**  
**H**aequenter tamen accidit quod gratia in parte subtrahitur: pro  
pter corruptionem humane fragilitatis. Et permittitur anima  
cadere in carnalitate sicut prius fuit. Et tunc est anima in pena et

dolore: q̄ ceca est: ⁊ insipida: ⁊ nescit aliqd bonū. Est etiā debilis:  
⁊ ipotēs: oppressa corpore: ⁊ omnib⁹ sensib⁹ corporalib⁹. Et querit  
⁊ desiderat facie Ihesu iterū videre: ⁊ nō ipsum p̄inuenire. Quia  
scriptura sacra de deo sic dicit. Postq̄z vultū absconderit nō est  
qui p̄templet eam: Quando oslēdit se non potest eū aīa nō videre.  
q̄ lux est. Et quando abscondit se non p̄t eum videre: q̄ ipsa anima  
est obscura. Scultatio sua non est nisi subtilis probatio anime. Et  
ostensio sua est mirabilis anime cōfortatio.

*De p̄fortatione absentie. Ca. xviii. Ca. xxiiii.*

**N**on mireris licet sensatio gratie quāq̄ subtrahat a dilecti  
one Ihesu christi: q̄ sacra scriptura idē dicit de sp̄sa. Et  
quod de ipsa accidit p̄similiter. Quesiui ⁊ non inuēi illum: vocaui  
⁊ non respōdit mihi. Ac si diceret. Quando in fragilitatē cado tē  
gratia subtrahit. Causa me⁹: causa est subtractiōis gratie dei: non  
fuga ipsius dei. Sed tunc sentias penā mie mee in absentia: Et  
quesiui eum p̄ subtilitatē cogitationis: vbi p̄t eū habui: ⁊ nō inue  
ni: vocaui eum p̄ magnū cordis desiderii. ⁊ respōsum sensibile nō  
dedit mihi. Et tunc clamaui ex toto corde. Reuertere dilecte mi:  
⁊ vt appareat non audiuit me penalis sensatio mea: ⁊ imissio carnis  
lium delectationū: ⁊ timorū: ⁊ in hoc tpm. Et carētia fortitudinis  
mee spiritualiū est p̄tinu⁹ clamor anime mee ad dominū Ihs. sum  
ipm. Et tñ dominus modico tpe facit se extraneus: nec venit nec  
accedit: quantūcūq̄ fortiter clamaui: quia satis securus de dile  
ctore suo est. q̄ non vult ad amorem seculi totaliter reuertī: q̄ non  
potest sapore illi⁹ gustare. Et ideo dñs tardat diuiti⁹: ⁊ expectat.

*Capitulū decimūnonū de reuersione gratie.*

**T**andē quum voluerit redit plen⁹ gratia: ⁊ veritate. Et vult  
tat animā: q̄ languet in desiderio p̄ suspiria dilectiōis ad  
p̄sencia suā: ⁊ tāgit illā: ac vngit eā valde leuiter oleo exultatiōis  
Et eam ab omni pena subito facit sanam. Et tunc anima clamat  
ad Ihesum. Oleū effusum nomen tuum ⁊c.

*Explicit ps̄ p̄ma sc̄di libri.*

*Incipit ps̄ sc̄da secūdi libri.*

**Q**uod at̄ p̄fectiōes electorū incipiat a letitia: ⁊ gaudio sp̄iali  
⁊ p̄ficiat in penis: ⁊ p̄ficiat in gratia: ⁊ x̄tutib⁹: ⁊ donis sp̄i  
ritualib⁹ more sup̄i p̄scripto. b̄tus Gregori⁹ sic inq̄t i mos  
talib⁹. Tres sunt modi p̄uersorū Inchoatio: medietas: atq̄ p̄fectio  
In inchoatiōe at̄ inueniunt blādimēta dulcedis. In medio q̄ tpe cer  
tania tēptationis. Ad extremū x̄o p̄fectionē plenitudinis. R̄p̄ eo

ri enim in libro summe deuotōis sancti viri Agonis pancere si-  
ue lorice: q̄ lorica sup nudo detulisse fert. Qualiter dñs Iesus cō-  
uersat cum electis animab⁹ in via vite mortalis huius in decem  
capitula: in quibus p̄ similitudinē vite ⁊ mortis: ⁊ resurrectionis  
domini nosiri Jesu criti. Status incipiētū: p̄ficiētū: ⁊ p̄fectōū  
diliguit: incipiēs a p̄ceptione domini in ytero beatissime virgīs  
clausi ⁊ conclusi. Et hoc in primo ascribit̄ capitulo: ex quo summe  
breuitatis sbaz colligē decreui. vt incipiētū exordia p̄gnoscam⁹  
dilucidius: ⁊ sic p̄sequi iā statui donec ad tps iustificatiōis illorū  
⁊ penarū pueniam⁹: vsq; ad resurrectionē ipsorū. Decō de p̄-  
sitentū: ⁊ p̄fectōrum initio: medio: ⁊ gloriosissimo fine eorū silē-  
tio trāsire volui. **I**ncipit capitulum primum de initio  
uocatiōis electorū: de quo t̄ p̄ p̄pheta de p̄sona xp̄i: vice dei ois  
potentis.

**C**apitulum primum secunde ptis secundi libri  
Filius meus es tu ego hodie genui te. Hac eteni p̄ma ius-  
sioe gr̄e talis: tātaq; p̄ritio peccatoris esse potuit: q̄ i du-  
plum recipit gr̄as vltra qm̄ sue saluti expediat. Uñ Jere-  
mias ait. Dimissa est iniquitas illius: suscepit duplitia p̄ oibus pec-  
catis suis. Quia p̄pter q̄litas p̄cepti Iesu hic in sua p̄siderati-  
one clausus remāet: ac circumdatus in ytero de hūilitatis. Uñ se  
se incipiēs debile: ⁊ oino velut cecus i spiritualibus esse p̄gnoscit.  
Capitulum secundum secunde partis secundi libri.

**C**apitulo secundo de tpe natiuitatis. Unde Isaias ait.

**D**ominulus datus est nobis: ⁊ fili⁹ natus est nob. Hac at̄ d̄a.  
p̄ similitudinē Iesu xp̄i. gratia dei a mētis obscuritate: ⁊ ope-  
rum bonorum debilitate ad lucem ⁊ fortitudines electum  
iunz ori facit. Verumtū more paruuli xp̄i nascentis: nudum vas  
gientem: patientem: loco pecudū: ⁊ iter bouē ⁊ asinū. Et i p̄sepe  
māsuētū iacentē: ⁊ collocatū se reperit. Quia p̄pter ius̄ psalmi x̄ba  
mēto ait. Vermis suz ⁊ n̄ hō: opprobrium hoim: ⁊ abiectio pleb.  
At sicut xp̄s a Virgīe gloriosa: ⁊ a Ioseph paup̄ibus inuoluit̄ p̄s-  
nis: sic tpe isto gloriosa trinitas: ⁊ dñs Iesus modico ⁊ paruo a-  
moris indumēto electorum corda implet.

**C**apitulo tertio. Capitulus tertius de p̄fectu electorū.

**Q**uando quēdo quo Christus ad tps anorum puenerat duos  
t̄ deci: sotietatem gerebat matris: ⁊ Ioseph. Et sicut p̄ficiē-  
bat x̄tute: ⁊ sapia: sic nulli dubiū p̄silium in oibus p̄rebē  
debebat parentibus. Sic itaq; in hoc uocatiōis tpe electi in det̄

magna dilectiōe roborant: ita deo iungunt amore vt tā q̄z sodas  
lis: et socius: familiariter ad inuicē p̄sentiant: tam electus in obedi  
entia diuine volūtatis: q̄z et ipse deus in exaudiēdo om̄e desiderii  
cordis dilecti sui. Quāz p̄ter ad tantā gratiarū donozūq̄ spūas  
liū crismatus puēit sublimitatē: vt dicere audeat euāgelij: et Ma  
tthei. p̄ferre v̄ba. **Quāz** dñi erat mecū p̄fortās me. **Et** illud sapie  
**Qui** creauit me reuēnit in tabernaculo meo. **Nec** nō et more apli  
fari potest. **Gratia** dei sum quod sum: et gratia dei in me vacua nō  
fuit. **Quāz** q̄cqd̄ petit accipit: et pulsanti illico tanq̄z sibi valde vni  
to solio aperit: et ad libitum sese deus illi cōcedit: atq̄ donat: per  
manēdo secū in mētis eleuatōe gustūq̄ spiritualium deliciarum.  
**Vnde** secure p̄ferre valet verba Iohannis: **Qui** me misit mecuz  
est: et non reliquit me solum: q̄ ego que placita sunt ei facio sp̄.

**C**apitulum quartum secunde ptis secundi libri.  
**C**apitulo quarto de tempore probationis incipientium.

**H**oc quidē q̄rto tpe enētus: et occurus tribulationū et āgu  
stiarū est: quomō dñs Iesus p̄ tres dies: et tribus noctibus  
ocultus in tēplo remāsit: vsq̄ ad q̄rto diē: q̄ figuram gerit  
quarti status gratie: quo cātus gaudium oē: oīsq̄ letitia amittitur  
**Et** dolorū oīm verba replēt. **Quāz** pene huic addite sunt: et dei do  
lentes sagitte pectori imisse sunt. iuxta verba beati Iob dicentis.  
**Verba** mea dolore sunt plēa. q̄ sagitte dñi in me sunt. **Et** q̄ dñs  
vt p̄fectius euz hoc dilectore suo et strictius v̄niri valeat: occultat  
se ab eo: in figura q̄ttuor dierū: et trium noctium: q̄bus in templo  
remāserat a matre: et Ioseph abscōsus: et occultus p̄mittēs euz sup̄  
modum fatigari. **Sic** itaq̄ electos suos verari dimittit in his sep  
tem p̄secutionibus: quarū q̄ttuor sunt corporales: et tres spūales.  
**De** corporalibus angustijs. **Prima** p̄secutio est amissio rerū sp̄as  
lium: sicut offitiorum: dignitatū: fame: et diuitiarum. **Secunda** p̄  
secutio est mēborū ifirmatio p̄ diuersas: variāsq̄ egritudines. **Ter  
tia** est mentis vagatio: p̄turbatioq̄ in malis p̄orsus cogitationi  
bus. **Quarta** est consolationū spiritualium afflicta priuatio.  
**De** spiritualibus doloribus. **Primus** dolor est memorie alienatō  
ab oīb<sup>9</sup> pene hōis opib<sup>9</sup>: et in paruis pessimisq̄ cogitatioib<sup>9</sup> scelera  
horredaq̄ faciora mēte p̄tractādo. **Secūsus** dolor: intellect<sup>9</sup> p̄uaricā  
tō ē: vt nō recto iudicio: neq̄ in se: neq̄ i alijs vti valeat s̄ sepe dōc̄



piat. Et in speculatiōe scelerum diuersarū: ⁊ spurcitarum pluri-  
 marū involuit. Tertio dolor est bone voluntatis corruptio: ita vt  
 iuitus cogat electo etiam has solummodo popitare: ⁊ velle nequias: q̄  
 mortis causa sunt: ⁊ amissiois gratiarū. Quia de re vna cuius psalm  
 migratio vltulare: ac dicere potest: Afflictus sum: ⁊ humiliatus sum nimis.  
 Sic itaq; ⁊ ipse electus volens ait: Humiliatus sum nimis. Ruge-  
 bam a gemitu cordis mei. Et illud Machabeorū. Sanctificatio  
 eius desolata est sicut solitudo: dies festi eius pueri sunt in luctum  
 Tandem preseruat a desperatione: oculta dei, puidetia: donec imen-  
 so lumine ad dilectum suum redeat in maiori lumine gratiarū q̄s prius  
 fuisse: Unde Bernardus in pbatione electorū: ⁊ de pfusione puer-  
 solum ait. Sicut sanctis ⁊ electis tribulatio operatur patientia: patien-  
 tia pbatione: pbatio spem. spes autem non confundit. Sic damnandis  
 ⁊ reprobis tribulatio parit e contrario pusillanimitate: pusillanimitas  
 turbatione: turbatio desperatione: ⁊ illa iterum. Sic itaq; pfecto-  
 rum pmissioes ab impectorum lapsu operibus his agnoscuntur  
 dilucidissime. Quia electi post tenebras sperant eis lucem venturam  
 More pphético. Habitabit in regione umbre mortis lux orta est  
 eis. Non sic impius: non sic: sed tanq̄ puluis quem peccator ventus a facie  
 terre: ideo non resurgit impius in iudicio: neq; peccatores in consilio  
 iustorum: Quia nouit dominus viam iustorum. Et iter impiorum peribit.  
 Sequitur modo de resurrectione virtutum: donorum: ⁊ gratiarū spiri-  
 tualium in statu pfitentium. Capitulum quinto de quinto statu gratie.

Capitulum quintum secunde ptis libri secundi.

**Q**uinto namq; statu gratie ostendit se deo animabus: ⁊ corpo-  
 ribus dilectorum suorum: ita preffo: ⁊ obediens: vt quicquid in bonis  
 agere operibus voluerit proficere valeant. Utroq; pcedit electo  
 tanq̄ dominator: sui possidere diuine gratie sceptrum. Sed eum q̄s in  
 trono suo facit: cuius quo ⁊ ipse deus in vnitae dilectiois pcedit: sic  
 in ecclesiastico legit. Sedes super thronum illius ⁊ dominas deus ipse  
 creauit eam in spiritu sancto.

De ca. sexto de sexto statu gratie  
Capitulum sextum secunde ptis libri secundi.

**S**exto eadem tpe: status pfitendi fuit in domino Iesu: quo modo a  
 decimo octauo anno: vsq; ad. xj. c. occultauerat sue diuinitatis  
 sapiaz: virtute: atq; potentia. Et eo tpe baptizatus est a Johanne.  
 Pretulitq; solitudinem vt opera pnie pageret: ⁊ vt pmodum diuinitatis  
 sue summe pteplatiōi vacare possit. Sic quoq; in hoc statu electus

in spiritu sancti baptisate mundat<sup>o</sup> operi optat<sup>o</sup> pnie meritum.  
Quare ab hoim puerfatide alienari qrit: vt diuise sancteqz trinis  
tatis visioe iam r gustu supno summis in delitijs abundantis<sup>o</sup> frui  
valeat. Quia qdes gras quum obtinuisse uouerit: stupore no minis  
mo: no mirari no poterit. **Ius** **Haie** yaticinium. **Tunc** videbis et  
afflues: r mirabis: r dilatabis cor tuum. Et ideo magi magisqz so  
litudinē appetit: vt ide sibi eueiat quod de solitario pnuuntiat Je  
remias: dum ait. **Sedebit** solitarius r tacebit: qz eleuabit se sup se  
Et huiusmodi spiritu degustato: gaudiuz cordis assumit: ligua ius  
bilat: corpore qescit. **Doce** psalmi. **Letatum** est cor meus: r exul  
tauit ligua mea: sup r caro mea requiescet in spe. **De** ca. septi  
mo de septimo statu gratie.

**Capitulum septimum.**

**S**eptimum poro tps: status gratie pfitientiu in dno Jesu  
pfitit: quum diuise sapie sue opera idicabat i sanado egros  
tos: demoiacos liberado: r signa magna exercedo. **Sic** ita  
q electus: tunc diuina infusioe gratie sup humanā plderationem  
sciaz itellectuz: r sapias acqris in pgnitioe sacraruz litteraruz: r in o  
telligētia rerū spiritualiū i gustu r maria suauitate spirit<sup>o</sup> sancti  
Unde in sapia dicit. **In** medio ecclesie aperuit os eius: r impleuit  
eum spiritu sapie r itellectus. Et apostolus ad **Corinthios**. **In** oibus  
diuites facti essis in illo in omni xbo: r in omni scia: sicut testimos  
nium xpi psumatus est in nobis. Tandē ad tris electi pfectuz pue  
niunt hoc in statu septimo: vt r miracula operari possint. Et ab oi  
corruptioe oēs sensus sentiāt alienos: ita q non nisi ad virtutum  
actus moueratosqz conuertē gestus pnt. Itaqz tps hoc: tps bene  
dictum est: sicut in genesi dicit. **Benedixit** deus diei septimo: et  
sanctificauit illum: eo q tps inocētie est. Unde **Ambrosius** de of  
fitijs fari ausus est. **Beata** vitā: vitā in quaz effitiunt trāquillitas  
conscientie: r securitas innocentie.

**Capitulum octauum de octauo statu gratie.**

**Capitulum octauum secunde partis secundi libri.**

**H**oc in octauo statu: tps passiuum fuit: atqz mortale: quo  
tps in mēte: aia r corpore: angustias acerrimas: durissima  
q verba: iproperia: necnō dsei qz horrendā mortē passus est: adeo  
vt a glorioso corpore pretio as aiaz suā separare voluit. **Sic** itaqz  
deus i dilectis suis vt imitatores sui sint: euenire pmittit. Unde  
post signa: opera: r vtutes eorum spirituales: atqz diuinas in ara se  
nissime crucis tanqz aurum in fornace purificatos ad seipsuz ele  
u

ctos trahere volēs: tūti<sup>9</sup> mori desinit. Nam illos horribili spiritua  
liq; obire morte ex pūnatiōe ⁊ separatiōe tā aīe q̄z corpōis ab oī  
constantiā ⁊ stabilitate. Ut utū: gratiarū: atq; diuinorū donorū oīz  
spōit dīs: vt totius humāe fragilitatis calamitatē: miseriāq; in  
mēte: in aīa: atq; corpore summo sentiāt cruciatu: ⁊ pena horribili:  
ita vt tunc oīs talis elect<sup>9</sup> in baratrū se deputatum inferni putet  
penit<sup>9</sup>. Iuxta qđ in parabolis dicit̄ inclinata est ad mortē dom<sup>9</sup> ei<sup>9</sup>:  
⁊ ad iferos semita illi<sup>9</sup>. Tunc q̄ppe toti<sup>9</sup> humāe conditionis abie  
ctiōes exsurgūt: ⁊ oēs habitudies peccādi in potētis aīe: ⁊ in cor  
poris sensus excitant: ⁊ p̄ter velle in actus reprehēsbiles: ac ifeo  
ctos tam in mēte q̄z in corpore ducit̄ hic cultos xp̄i: q̄ ⁊ in se diluci  
ditissime cognoscit abomiabiles cadauerū naturali morte defuncto  
rum cōditiones h̄re. Nā tanq̄z mortu<sup>9</sup> ipotens est ad bona exer  
cendū opera. Corruptibilis efficit̄. tendēsq; vsq; ad pulueris nihila  
tionē: virtutū: ⁊ gratiarū. Deniq; putet: atq; fetet in sinip̄i<sup>9</sup> cōsi  
derationes sceleratissimas. Unde ait Isaias. Erit p̄ suauit̄ odore fe  
tor. Patit̄ ifelix iste in se (q̄z q̄z apud deum felicissim<sup>9</sup> sit) actiuas  
cadauerum similitudines ⁊ viuorū passiuas mestitias: int̄ eosq; ⁊ o  
lores. More diuitū: ⁊ opulentū: quum p̄ mortē a suauitate delitū  
arū se oportere separari cognoscūt: ⁊ in inferiorum baratro sepeliri  
cernūt dilucidissime. Sic electis suis mētalib<sup>9</sup>: corporeisq; nefan  
dis cperib<sup>9</sup> mereri putat. Ut in luce habet̄ euāgelio. Mortu<sup>9</sup> est  
diues spiritualū gratiarū: ⁊ sepult<sup>9</sup> est in inferno p̄ nimā suēp̄sus  
abiectionis humilitatē. Qu<sup>9</sup> p̄pter ⁊ deo sese penit<sup>9</sup> derelictū crea  
dit hō ille: q̄z q̄z oculo tñ modo i vlnas stricti<sup>9</sup>: vultusq; āplectat̄  
domin<sup>9</sup> eū. Nam quāto seuer<sup>9</sup> egere in dilectore suum videt̄: tan  
to glorios<sup>9</sup> p̄ abiecte illi<sup>9</sup> humilitatis cognitionē: in dilectionē vis  
uine trinitatis habet̄: ⁊ eleuat̄. Nam confusio hui<sup>9</sup> electi nō sicut  
ceterorū adducit p̄ctm. Verū lōge magis: magisq; gloriā v̄dicat:  
⁊ honore illi. Iuxta illud ecclesiastici. Est cōfusio adducēs peccatū:  
⁊ est cōfusio adducēs gloriā: ⁊ gratiā. Unde apostolus. Ubi autē  
abundauit peccatū supabundauit ⁊ gratia: vt sicut regnauit pecs  
catū in mortē: ita ⁊ gratia regnet p̄ iustitiā in vitā eternam.  
De capitulo nono de nono statu gratie.

Capitulum nonum secunde partis secundi libri.

**H**oc nāq; nono statu spiritualis gratie: occulte immortalitatis  
domini: similitudinē electorū aīe vna tenet̄ cuz anima dñi  
nri Jesu xp̄i: q̄ a iudeis p̄ditus iā putabat̄ defunctus: penitō

tusq; extictus. Ipſius at̄ immortalis aīa diuina roborata d̄tute iſer  
norū clauſtra frangēs de limbi obſcuritate ſanctos pr̄s potēter  
liberauit: ⁊ in ameno delictiarū paradīſo feliciter collocauit. Sic  
itaq; ſpūs predictōrū electōrū ab horribili p̄libata morte libera ē  
ac viuificat̄ diuina d̄tute palmā ſalutis: victoriāq; ſuſcipiens de  
martirio precedēti: vbi aſſumpſerit poteſtatē oīa ſubingādī q̄ illi  
nocuerāt mala. Prout legī in pſalmo. **O**īa ſubiecit ſub pedibus  
eius. Reſumēs inſup mirabiles ⁊ triūphales ſenſatiōes. **A**t oīa q̄  
exceſſiua dona: ⁊ copioſa mūera: que apponunt realē excellentiaz  
in rōales ſpiritū ſuſcitāt. **A**t etiā ita excellēter illa apparēt q̄ i eo  
rum eſſentia tūc vnūquodq; videt̄ gloriſicatū. **Q**ua ppter queq;  
ſenſualis voluptas: ⁊ aptitudo peccādī tā in mente q̄ in ſenſibus  
mortificate penit̄: ⁊ oīno remanet ſopite. **S**ic etiā ab oī obſcuri  
tate: virtutes oēs in hoc ſunt ſtatu liberate: ⁊ apertū habēt oītiuz  
ad exercendū ſeſe libere: ⁊ expedite in ipſorū actib⁹ virtuoliſſimis:  
itaq; a nullo ampli⁹ impediri poſſunt impedimēto vitioſo. **U**nde in  
**A**pocalipſi dictum eſt. **E**cce dedi coraz te hoſtū apertū: qđ nemo  
p̄t claudere. **O** aīa benedicta ab omni viculo ſoluta: que ſummas  
ac ſanctā libertatē adeptā eſt: que p̄ incōſiderabilē cognitiōez in  
abyſſum p̄funde humilitatis ſpeculādo ducit ſe: **E**t in altitudinē  
ſupne icreateq; ſapīe ſublimiter p̄templādo eleuat̄. **U**nde fiduti  
aliter verbis vti electus poteſt regis **D**avid. **Q**uī nō derelinques  
aiam meā in iſerono: nec dabis ſanctus tuum videre corruptionem  
**N**otas mihi feciſti vias vite: adiplebis me letitia cum vultu tuo:  
delectatiōes in dextera tua vſq; in finē. **E**t ideo **I**ſaias ait. **N**on  
vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua nō vocabit̄ apli⁹ deſolata: ſz  
vocaberis volūtas mea in ea. **N**empe hō hoc ī ſtatu poſſeſſorez ſe  
repiit diuīe p̄ſolatiōis: quā nūq; deguſtauerat. **A**t totū ſuū eē hūa  
num ī p̄ſpectu dei reſuſcitāt p̄iucundū. **E**t a nūero mortaliū pecca  
torum recedit oīno: ⁊ in gratia firmat⁹ eſt. **I**taq; nūq; amplius ſpi  
ritualiter mori poterit: neq; huiuſmodi mors domiabit̄ illi. **Q**uos  
niam more **P**auli ad **R**omanos. **E**urgens ex mortuis iam non  
moriet̄: mors illi vltra non dominabit̄. **D**icente propheta. **Q**uoniam  
ſanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuerſis terris:  
tribulationum: videlicet ⁊ anguſtiarum. **E**t effundam ſuper vos  
aquam mundam: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis ve  
ſtris. **E**t dabo vobis ſpiritum nouum ⁊ cetera.

Capitulum decimum secunde partis secundi libri.

**C**apitulo decimo de decimo statu gratie secundi libri.

**D**ecimū vltimūue tps fuit beatitudis dum humanitas xpi  
glorificata remāserat sese miraculose suis ostendendo discipulis. Et sic in mundo stetit vsq; ad ascētionis diē. Sic itaq; hoc tpe stat<sup>o</sup> decimus gratie figurat. Qui qdē tante exiit dignitatis: vt q̄sq; mūdo conuersari videret: celestis tñ paradisi possidebat gloriā. Sic elect<sup>o</sup> i fusidē gratie: qua nulla porro creatura impedimentū ministrare p̄t: nec suā auferre gloriā. Et actu: bitu q; iā glorificato in via vite huius dormiēs q̄ p̄tue: atq; vigilans oēs sp̄ virtutes sup̄ humanā existimationē obtinet: diuino succēsa amore. Quare hō ille vna cū Iheremia fari p̄pellit: atq; dice cogit. De excelso misit ignē de<sup>o</sup> in ossibus meis. Adeo insup tunc virtutes forificant q; quasi diuine vident esse in potētia: ita vt nullo actu corporeo p̄ aliquā penā corporeales euacuari p̄t huiuscemodi beatitudo. Neq; actu p̄nt pliri<sup>o</sup> debilitari. Hec septē autē virtutes principales: theologice scz 7 cardiales: necnon spiritus sancti munera: atq; octo beatitudinū vires ab omnipotēti deo donantur robore 7 firmitate fulcite in hoc statu. Quāobrē si hō iste vid. ret tam seipsum q̄ filiorū suorum corpora: penis seuissimis: aut corporali relaxari morte neq; q̄ sensuali merore turbari possit. Quā quod in alijs hoīb<sup>o</sup> sensualis efficeret dolor: factū est in illo diuino nutu i virtutē. adeo vt de hoc hoie dici possit quod in Jobāne habetur. Ecce vere israhelita in quo dol<sup>o</sup> non est. In principio namq; huius excellētissimi status degustant omni mirabili diuinaq; dulcedie excessiui feruores: 7 amene lachryme: atq; lāguores suauissimi: necnō iconsiderabiles raptus: iuelligabiles alterationes: secreta reuelationes: superne visidēs: 7 beatissime idicationes. Que qdem oia hec pliri<sup>o</sup> in sua sunt pfectidē p̄sumata. Vñ aīa sit q̄ inuariabilis i vīa s̄tica s̄ali glia. Atz ita in deo oipotēti transformat ob expientiam gratiarū supradictarum. Beatissimum in quā status istuz: 7 gloriosum: in quo hō mortalis totus efficit: adeo p̄secratum dicimus vt hēt i cātico. Hōis mortificat: 7 viuificat: deducit ad iferos: 7 reducit. Hōis pauperē facit: 7 ditat: hūiliat: 7 subleuat. Euscitat d̄ puluē egenū: 7 de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principib<sup>o</sup> 7 solum glorie teneat.

**C**apitulum vndecimū. Idē vir sanct<sup>o</sup> i codē libello cā. de spirituali amore creaturarū habentis: ad iuicē. Circa finē pōit qliter spūs sanct<sup>o</sup> decipit pfectos ybi ait

**Q**uanq̄s anime p̄fectorum viroꝝ erubescant inter se se et  
deum aliquā creaturā in amorem interpōere: aut in huius  
modi persistere cogitatione. Verūtāemē consistit inordina  
te in mentalem solitudinē pro negotijs necessarijs: et non neces  
sarijs: quibus amor manifestat̄ in opere. Deceptiones quidē istas  
rum excellentissimarū animarum siue creaturarum: non sunt velut  
cōmuniū hoim̄ periculose: neq; spiritualis mortis occasio: Sed  
deus hoc pmittit ad illorum humilitatē. et vt inde discant cauere  
se a similibus. Et vt eruditiores fiāt: monet: et instruit de<sup>o</sup> sic mis  
re pmittens ex reuelatione in primam: et secundam: et tertiam p̄so  
nam decipi a spiritu sancto sub velamine spirit<sup>o</sup> prophetie. **Prō**  
tamē defectu non intelligendo in reuelationibus quod sanct<sup>o</sup> spiri  
tus intendebat intelligi posse. **Ad**ultus enim interest inter dece  
ptiones cōmuniū personarū: et electoꝝ spiritualiū. **Quā** cōmuniū  
i deceptione duo māifestant̄. **Videlicet** modicus amor deceptoris: et  
damnum decepti. Sed in deceptionibus sancti spirit<sup>o</sup> duo oīno  
contraria. **Videlicet** magnus amor ei<sup>o</sup> qui decipit et valde fructuo  
sa vtilitas illius qui decept<sup>o</sup> remanet. **Si** vero deceptus a sancto  
spiritu tantā habet gratiā q̄ nisi semel sese decipi pmittat ex q̄cū  
q; istarum personarum trium neque in huiusmodi deceptionibus  
flectere pmittat. **Si** vellem possem sane iuramēto absq; peccato  
affirmare: q̄ deceptiones in prima: in secunda: et tertia p̄sona per  
spiritum sanctum operate velamine supra scripto in electis filijs  
suis: hoc in presenti statu sunt omni excellenti creature necessaria.  
**Et** ideo qui decept<sup>o</sup> est custodiat et caueat. **Et** qui non est a spiritu  
sancto deceptus cognoscat se insufficientē ad huiusmodi deceptio  
nes. **Quāobres** deceptos nequa q̄s damnet: s; magis reuerenter  
deceptiones excuset: et deceptos summope veneret.

**Explicit** secunda pars secundi libri.

**Incipit** tertia pars tertij libri.

**I**ta enī huiusmodi spiritus sancti deceptionū formā  
in quodā sermōe de doctrina nouitiorū spiritaliū: ad  
culmen contemplationis: peruenire querentium beat<sup>o</sup>  
**Bernardus** sic ait. **Incipiens** a consolatione eorū qui experti sunt  
in principio sue vocationis. **Deinde** minus in sua iustificatiōe ex  
pertis: tanq̄s de incipientibus et profitentibus dicit.

**Capitulum** primum de primo tpe vocationis

**Q**uis enim expertus ignitos affectus: amplexus castos: san

et atq; colloquia mutua defergere valeat. Tunc cunctus seruilis timor: et omnis p̄meditata locutio lōge fit: put sūgerit amor: sponso facta sponsa. Et si qua adulterina se immiscuerint dicta: vel gesta quadam prospicua: et illuminata discretionis manu abigunt a sponsa: ne tanti solatio sponsi elatione priuet̄.

**C**apitulū secundū de secundo tpe iustificacionis.  
**Q**uoties que minus in amoris arte erudita est decipit: de preda: p̄osternit. **Q**uoties euolat sp̄sūs: atq; ab aspectibus euanesceat dilecte. Repente quippe vt supra se inaniter erigat anima fugit. Spiritus humilis humilē diligit. Flatam vero tāq; q̄ indignā repudiat et repellit. Nec namq; aspernatio: et hic sponsi discessus: miro incredibilisq; modo cruiat diligētē. Prudentē tū efficit ad discernendū spirituum discretionē. Ad hanc nempe cognitionē p̄ assiduam orationē: p̄ casus merorē: et p̄ spirituale et oculatum mysteriū facile puenit. Sed ante q̄ sapientia imbuat̄ anima prius q̄ dei verbo amoris vinculo p̄federet sepe labit̄ errorem p̄ veritate suscipiens.

**C**apitulum tertium.  
**P**er unq; tamen p̄mittente sponso vt sibi ardenti dilectas copulet: aut ad altiora prouehat: aut prudentiorē efficiat. **S**athanas in lucis angelū transformat. atq; illo tam sancto p̄turbatio admisceat. Quem quum aīa adhuc celestium ignara uisitacionū: erroris admisit spiritum. Et veluti domino se illi substraerit: sine mora sponsus secedit. Et illico succedunt tenebre: et quedā opaca mentis ebetudo continuo obdurefcit animū. Et p̄pria p̄turbacione contūdit: atq; ex eis que patit̄ p̄spicue itelligit spiritum quē suscepit in micum fore. **H**or lachrymarū fluunt umbres: et gemitus emittūt meroris iditia: geminant̄ p̄ces mētis: p̄ponit̄ custodia: et cordis oimoda uigilātia de cetero statuit̄.

**C**apitulum quartum.  
**A**lib; itaq; puocat̄ singultib;: talibusq; p̄mot̄ sp̄ualib; studijs: aduēt̄ sponsus: et placito se ostendat aspectu. Nam diu sibi dilectā affligi nō patit̄. In isto x̄o secūdo aduētū q̄s s̄mo q̄ faciūdia: q̄ due humanū ingenij capere ualet: q̄nta exuberēt dilectiois solatia: Ibi itellect̄ excludit̄: sopit̄ cogitatio. Et sol̄ amor testis est rē.

**C**apitulū quintū.  
**H**em̄ atē dicit̄ vir sanct̄. Ego in quodā capitulo de admonitione suę doctrina idiscreti amoris sp̄ualis: sic substantia

taliter ait. **A**rma quib<sup>9</sup> secure p̄seruat<sup>r</sup> z regit<sup>r</sup> amor bon<sup>9</sup>: sunt in  
 trib<sup>9</sup> reformatiōib<sup>9</sup> aiarū electarū. **P**rima reformatio est que  
 disponit aīas ad dei volūtātē exercendā. **U**nde opera christi p̄fī  
 cere conat<sup>r</sup>. **Q**ue q̄dē reformatio incipientiū esse p̄t. **C**um dicai nō  
 esse sufficientē ad verū amorē regendū. **S**ecūda reformatio est  
 quum aīa vnita cū deo remāet valde gustās de deo: habēsq; imen  
 sis spirituales delicias: **E**t dici p̄nt verba: z cogitari in huiusmodi  
 feruore. **Q**uāobrē ad bonū satis sufficientēs ē amorē regendū: **P**ū  
 taxat incipientiū passa sit ruinā in iustificationē. **T**ertia hō trās  
 formatio quādo aīa p̄ vnionē optime reformata est in deū: z deus  
 similiter in ea. **S**entiēs fruēsq; reb<sup>9</sup> dei: que nec dici p̄nt: neq; cog  
 itari. **M**ore apostoli dicētis. **A**ndiui archana dei que nō licz hōi  
 loqui. **D**e quibus puto sit connubiū aīe p̄fecte cū deo p̄sumatum  
 Indicibiliter. **I**taq; talis: tantaq; in hac aīa gratia iūsu est: q; p̄fē  
 cte regere valet dei: z proximi amorē. **E**a videlicet grauitate: z sa  
 pientia: q̄bus sensus corporales corrigunt. **E**t ita soporāt ex ebi  
 etate delictiarū spiritualium. q; aīa his omnibus que in optio amo  
 re dei: z p̄imi cōceptit p̄fītet feliciter operādo. **I**n capitūlo dāu  
 li ad romāos. **I**ustificati ergo ex fide pacē habeam<sup>9</sup> ad deum per  
 dominum nostrū ihesum cūstūm: p̄ que z accessum habem<sup>9</sup> p̄ fidē  
 in gratiā istā: videlicet hui<sup>9</sup> reformationis in qua stamus: z gloria  
 mur in spe glorie filiorū dei. **N**on solum autem: sed z gloriamur in  
 tribulationib<sup>9</sup>: sciētes quia tribulatio patientiā operat<sup>r</sup>: patiētia  
 autem probationē: probatio vero spem. spes autē non confundit:  
 q; charitas dei diffusa est in cordib<sup>9</sup> nostris p̄ spiritum sanctum  
 q; datus est nobis.

**Capitūlo sextū:**

**E**quodā libro qui intitulat<sup>r</sup> de bñitudine edito a quodam  
 sancto viro sancti **D**ominici ordinis predicatorum. **V**iuē  
 sis interrogationib<sup>9</sup> z diffinitionib<sup>9</sup> electorū: vnitorūq; vis  
 deliez p̄trū vnit<sup>9</sup> possit irasci. **Q**uid agit vnit<sup>9</sup> vtrūq; oēs potentie  
 aī: vnite sp̄ vnite remaneāt. **A**ut aliqui aliqua earū in p̄te d̄stino  
 gis. z bis similib<sup>9</sup>. **I**n hoc autē capitulo tertie interrogatōis vtrū  
 oēs tres potētie huiusmodi vnite aīe sint sp̄ replete d̄ dei vnitate  
**E**t mult<sup>9</sup> v̄bis sbaliter loq̄ndo ī hāc p̄fīcit diffinitōnē. **R**es̄dit. **C**ū  
 de<sup>9</sup> sit opator liber z nō necari<sup>9</sup> p̄t aliq̄rū potētiarū vnite aīe p̄tē  
 aut ī totū nō nūq;: imo p̄ sepe solz: z suspēdere ī vno videlicet actu  
 suo: z nō ī alijs: z sic ī duos z nō in ceteros. **E**t vt dicā: ī oib<sup>9</sup> dūmit  
 tēdo cadere vnitū etiam sine damno sui: siue sine culpa corāz deo.



**N**am alius cadit in dubitationē sicut gloriosa virgo & mater dñi que dubitans amisisse filium: querebat eum inter cognatos & nos-  
tos dolēdo plurimū. Alius in timore: velud beatus Johānes bap-  
tista timens sese non posse in seculo custodire: ynde heremū petijt  
Alius sicut Petrus in opinione circūcisionis errans. Alius in cō-  
mōtione animi sicut Paulus quum blasphemasset pontifices di-  
cens. Percutiet te paries dealbata. Alius in discesside. sicut Bar-  
nabas discedens ab apostolo. Quoniā nolebat secū ducere Bar-  
cum: eo q̄ dimiserat eos a Balmatia. Alius sicut David in dubi-  
tatione diuini amoris: dū diceret. Ego dixi in excessu mentis mee  
pictus sum a facie oculorū tuorū. Nā nec voluisset nisi dilexisset.

### Capitulum septimum.

**D**enique sequit̄ ibi prope. Puta deum patrem pium: dili-  
gentemq̄ cōspectorem seculorum: futurarumq̄ rerum  
non unūq̄ trāstulare secum dilectis suis: dimittēs illos in  
sceno: & luto cadere: subtrahēdo actum illorū: & non maculant se.  
David attestante: qui ait. Beatus vir cui non imputauit dominus  
peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quamobrē nonnulli ele-  
ctorum inueniunt facientes acta peccatorū: & nō imputant illis ad  
peccatum. Et hoc q̄ in eorum spiritu non est mala voluntas: nec  
aduertunt q̄ sit peccatum: neq̄ huiusmodi ignaue in causa sunt.  
Nam si aduerterent non peccarent. Errant autē p̄ ignorantiam  
inuincibilem absq̄ eorum culpa. Unde dicit. Permittit deus vt  
homo cadat: vt fortior resurgat. Et ideo Augustinus in libro de  
libro d' arbitrio. Si tāta fallacia est vt cauēri oīno non possit:  
si ita est nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod nullo  
modo cauēri potest. De peccatis p̄ ignorantiam. Et etiā p̄ igno-  
rantiam facta quedam improbant: & corrigenda indicant: sicut in  
diuinis autoribus legimus. Sit enim apostolus. Misericordiam  
cōsecutus sum: q̄ ignorans feci. Sit & propheta. Delicta iuuentu-  
tis mee: & ignorātiās meas ne memieris. Sūt etiā necitate facta  
improbanda. Ubi vult homo recte facere & non p̄t. Nā ynde sunt  
ille voc. s. Non enim quod volo facio bonum: sed quod nolo malū  
hoc ago. & illud velle adiacet mihi: p̄ficere autē bonum non inue-  
nio. Et illud caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus  
carnē. Hec enim inuicē aduersant̄ vt non ea q̄ vult̄ faciatis

### Capitulum octauum.

**Q**uod autē hec: et his similia: que in charitate dei: et fide reformantur in sensatione non imputantur in peccatum: aut remittuntur illico: per huiusmodi Pauli prefati verba cognoscuntur: dū ait. **Comendat autē suā charitatē deus in nobis. Quoniā cum adhuc peccatores essemus: Christus pro nobis mortuus est. multo igitur magis iustificati. i. in sensatione reformati: et per charitatis gratiam in eum vniti. Nunc in sanguine ipsius per continuas: deuotasque meditationes passionis sue: salui sumus nos ab ira. i. culpa: per ipsum. i. diuinā per dilectionē ipsius. Unde Augustinus in libro de predestinatione sanctorū inquit: hac vtes sententia. Nunquid re agere potest predestinat: quod deū offendere potest. Itaque puto ait autor iste: quod Dauid in peccato suo totus a mente abstractus fuisset nec dilucide aduerteret. Cuius quāprimū prophetā audisset: quasi de somno surgēs dixit culpam suam. Et Augustinus in libro de vita christiana: idem de illo ait. Sed in isto viro imoderate huius libidinis non permansio sed transitus fuit. Propterea ille illicitus appetitus ab arguente propheta hospes vocatus est. Denique concludens autor iste ait. Cave tu qui legis ne dicas. Ergo licet peccare ex necessitate: absit: quoniā esset in spiritu malitia. Et esset tibi peccatum voluntarium in maximam damnationem anime tue.**

### Capitulum nonum.

**U**nde ad. xii. capitulum idem autor in dilucidatione supradictę opinionis sue inquit: circa mediū. Quid si Dauid post peccatum ad maiorem puenisset virtutē: Iuxta beati Gregorius sententiam. Cum sitiret: aquas bibere negauit: que in periculo causa fuit aiarū. sed deo effundēs libauit. Quid si dixerō: Multos excōsecute illius mie exēplo conuersos: et saluatos esse. Aut more Augustini in libro de vita christiana. Et hoc ut nemo de sua iustitia presumere audeat dicendo.

### Capitulum decimum.

**S**ed quia vero peccata magnorum virorū legerint quis: tamen et si eis aliquam figuram rerū futurarū animaduerte: atque indagare potuerit. Rei tamen geste proprietates ad hunc vsum assumat. Ut si nequaquam recte factis suis hinc iactare audeat: et pre sua iustitia non ceteros tanquā peccatores contemnat: cum videat tantorum virorum: et cauendas tempestates: et flenda naufragia. Ad hec enim etiā peccata corū hominum scripta sunt

vt apostolica illa sententia ubique tremenda sit: quoniam ait. **Qua** propter quod  
videtur stare videat ne cadat: **Nulla** enim pagina ferre est sanctorum li-  
brorum in qua non sonet: quod deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.  
**Secundo** de omnem filium quem recipit flagellat. **Qua** de re **David** non  
sibi: sed deo peccasse videtur: sicut ipse attestat dicens. **Tibi** soli peccus-  
caui: et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: et vicus-  
cum iudicaris. **Unde Paulus.** Si autem iniquitas nostra iustitiam dei com-  
mendet: quid dicemus: **Quid** iniquum est deus qui isert iram sicut homines  
dico absit.

**Capitulum undecimum.**

**C**oncludendo, denique autor iste ait. **Voluit** enim deus  
in omni statu pro gloria sua quod inueniant lapsi quos absque dam-  
natione: presertim unitos eleuat: et iustos facit. **Dicente** apo-  
stolo. **Iustitia** autem dei est pro fide Iesu christi in omnes: et super omnes. **Videlicet**  
unitos et reformatos in sensatione: quod credunt in eum: pro nimia dilectio-  
ne: et pro experientia suauitatum: et reuelationum suarum. **Non** est enim dissim-  
ulatio inter reformationem fidei: et sensationes. **Omnes** enim peccauerunt:  
et egent gloria dei. **Iustificati** gratis. **Sunt** uniti pro gratia ipsius dei:  
cui die noctuque assidue pro redemptionem maxime dilectionis rapiunt: et vere  
charitatis. **De** qua ad differentiam cognoscendam cupiditatis: et male  
voluntatis: et iniquitatis. **Aug.** in libro tertio de vita christiana ita locutus est

**Capitulum duodecimum.**

**C**haritate autem voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum:  
et se: et primo propter deum. **Cupiditate** autem motum animi dico  
ad fruendum se: et primo: et quolibet corpore: non propter deum.  
**Quod** agit charitas quo sibi proficit utilitas est. **De** beneficio proximi  
**Quod** autem agit primo vt proficit beneficia noiant. **Quanto** enim magis  
regnum cupiditatis destruit: tanto charitatis auget. **Quasi** dicat  
omnia et quecumque sunt animo: et intentione liberandi se vel prius ab  
omni temptatione: oblatione: odio: et periculo. vel propter iustitiam  
custodiendam: in dei laudem: et honorem: necnon et proximi in charitate et sa-  
lute mendicandam. destruit cupiditatem male intentionis: et regnum  
charitatis vedit. **Quicquid** ergo asperum: quicquid obscenorum factorum  
cuius in sanctis scripturis legitur: ex persona dei: vel sanctorum eius ad  
cupiditatis regnum destruendum valet. **Quod** si perspicue sonat non est  
ad aliud referendum: quod si figurate dictum sit. **Sicut** illud apostoli: quod  
est Iesu christi sunt: carne sua crucifixerunt cum vitis et percipientibus.  
**Que** quod flagitiosa ipeperitis videntur: sive tamen dicta: sive etiam facta

sunt: vñ et dei psona: vel et hoim quorū nob sanctitas p̄mēdāe tota figurata sunt. Neq; vñlo mō quisq; sobri⁹ crediderit deus pedes ita vnguēto pretioso a muliere p̄fisos: vt luxuriosorū: ⁊ nequā hoim minū solēt: quorū talia p̄uina detestant. Odo. n. bon⁹ fama bona est: quā q̄squis bone vite operib⁹ habuerit: dū vestigia x̄pi sequit̄ quasi pedes ei⁹ pretiosissimo odore pfundit. Quā ois x̄pi actio n̄ra est instructio. Itaq; in alijs psonis nō i sensatōe reformatis plerūq; flagitiū est in diuina: vel p̄phetica psona magne cuiusdā rei signū est. Alia quippe in pditis morib⁹: alia in Osee p̄phete vaticinatio nē p̄iunctio meretricis. Nec si flagitiose i p̄uuijs temulentorum. ⁊ lasciuorū nudant̄ corpora. Propterea in balneis nudū esse flagitiosum est.

#### Capitulū decimūtertium.

**S**ic itaq; in vnitis: ⁊ reformatis aiab⁹ in sensatōe cēsendū est: quod nequa q̄s aliquid male voluntatis operari queāt nisi p̄p̄so x̄po domino p̄mittēte agere quedā sub velamine preserti iustitie: charitatis: solitudinis: ⁊ cure humilitatis ⁊ obedientie in excedendo plus q̄s oporteat. Et hoc vt ad tps duri⁹ a deo vel ab hoib⁹ icrepati: atq; correpti hūiliores ⁊ cautiores effitiant̄ ne ex sp̄tiali dono mūereq; p̄tēplatiōis: more luciferi coequari se se deo p̄sumāt. Verū magis ex lapsu suo sub pedib⁹ oim cupiāt p̄culari. Et ab oib⁹ sperni: ac crutiari: nec vñq; a lacrymis se valeāt abstinere: ⁊ a gemitu oim peccatorū suorū. Insup p̄memento ratione sui erroris: p̄rimorū delictis p̄patiēdo tā q̄s sua pp̄ria lugē coneē. Et lapsos dulciter monere: erigere: ⁊ p̄solare. De his ergo optime loquit̄ vir sanctus magnus Valteri⁹ doctor: parisi⁹ ordinis beati Augustini.

#### Capitulum decimumquartum.

**I**n fine. xxx. capituli secundi libri de nobilitate anime vbi enarravit effectus temporū: videlicet: vocatiōis: iustificatiōis: magnificatiōis: ⁊ glorificatiōis. In spez summe p̄solatiōis illorū: videlicet q̄ tpe iustificatiōis sue substiterūt tēptatiōnes violētās vsq; ad peccatum. vel peccati similitudinē. Unde ait Beniq; at t̄pibus iustificatiōis: ⁊ magnificationis succedit q̄rtū tempus glorificationis. Et hoc est quando anima plene reformat̄ in celesti btitudine. Quia aie ille que sic a peccato sunt vocate: ⁊ sic sunt iustificate: vel alio modo p̄simili. Si videlicet dictū est p̄ diuersam examinationem: tam per ignem q̄s per aquam. Et postea sunt sic magnificate: vel erunt glorificate.

Quia dominus dabit tunc eis plene quod hic cupiebant: et pl<sup>o</sup> q<sup>3</sup> nouerāt cōcupiscere: q<sup>3</sup> eleuabit eas supra omnes electas aīas ad equalitatem cherubin et seraphin: eo q<sup>3</sup> omnes alias animas transcenderūt in cogitatione dei. et dilectione similiter in hac uita. **F**inito uidelicet tpe iustificationis: tunc resurgunt in pacē mentis: et charitatē dei: et p<sup>ri</sup>mi: cum cōpunctione lachrymarum. contritiōe in confessione. attritione in penitencia austeritatis. **C**onfidentia in mīa dei: cum in dilectione: uisione spiritali dei. **E**t corporalis apparitio domini nostri Iesu xpī in largitudine munerū spirīt<sup>o</sup> sancti: necnō et oīm beatitudinū: cu<sup>3</sup> magna spiritus libertate. **U**nde magis gaudet in tribulatione: et psecutionib<sup>9</sup>: q<sup>3</sup> in honoribus: et delictis mundi hui<sup>9</sup>: qm̄ tunc magis sentit suauitatē bonitatis dei et magis gustat. **E**t ideo uir sanctus sequit<sup>9</sup>: et ait.

**Capitulum decimūquintum.**

**Q**ui ergo puenire ad hanc uult magnificationē: non timeat iustificatiōis: q<sup>3</sup> illa est uia. **D**icit enī domin<sup>9</sup> p prophetā magne consolationis uerbū cunctis talibus aiab<sup>9</sup>. **P**uer meus noli timere: si trāseris p ignē: flāma non nocebit tibi. **A**dū dabit aīam tuā ab omni carnali imunditia. **E**t stabilez eam faciet ad recipiendū ignē spiritalis dilectionis dei. **E**t hec oportet p<sup>ri</sup>mo fieri: quia ut p<sup>ri</sup>o dixi non potest in sensatione aliter aīa reformari. **D**icēte propheta. **I**n nouissimis diebus iustificatiōis: circumdet dñs cor tuum: et emūdabit te: qm̄ iniquitates nostras ipse portabit: et peccata nostra ipse tulit. **I**tē effundam sup uos quum sanctificatus fuero in uobis aquā mundā: et mūdabimini ab omnib<sup>9</sup> inquinamētis uestris: et ab yniuersis idolis uestris: uanarū diuersarumq<sup>3</sup> temptationū mūdabo uos. **E**t dabo uobis cor carneū. et spiritum nouum ponā in medio uestri. **E**t auferā cor lapideū de carne uestra: et dabo uobis cor carneū: et spiritum meus ponam in medio yfī. **E**t faciā ut in pceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini. **E**rgo yna cū **P**aulo apostolo dicam<sup>9</sup>. **S**cīmus at qm̄ quecūq<sup>3</sup> lex his q<sup>3</sup> in lege sunt reformati loquit<sup>9</sup>. ut omne os obscurat a sua gloria. **E**t subditus fiat omnis mundus deo. **Q**uoniā ex opeibus legis non iustificabit<sup>9</sup> omnis caro coram illo. **Q**ui intima uidet utrū ex amore iustitie quid agat: uel timore pehe: quod nō uiderit boies. **E**t ideo scriptura dicit. **C**redidit **A**braham deo: et reputatum est illi ad iustitiā. **E**t uero qui non operat<sup>9</sup> in lege: credēti at in eū qui iustificat impiū: reputat<sup>9</sup> fides eius ad

iustitiā: sicut ppositum gratie dei: sicut et David dicit. **Beatitudinē**  
hois cui de<sup>o</sup> accepto fert iustitiā sine operib<sup>9</sup>. **Beati** quorum res  
misse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata. **Beatus** vir cui  
non imputauit dñs peccatū.

**Capitulum decimūseptū**

**D**icamus igit<sup>r</sup> qui sunt isti et laudabim<sup>9</sup> eos. **Electi** sunt diu  
iustificati: uniti: et reformati in deū p spiritualē: et singula  
rem electionē gratie diuine: ita vt p dei gloria: et honores  
non solum sicut **Abrahā** vellēt filios suos tam carnales: et tpales:  
q̄s spirituales imolar. Immo p ei<sup>9</sup> amore seipos milies in die vel  
lent posse in cinerē: et puluerē cōuerture: atq; in ventū p̄ficere. **Nec**  
nō pro salute inimicorū suorū centies in die mori parati sunt. **Nec**  
miremi patres me<sup>9</sup> qm̄ puenēti sunt a spiritu sancto supueniēte in  
illos quos obūbrauit diuina dei virtus: tali tātaq; spūali suauitas  
te: et gustu: tū in dilectione: tūq; in visōe ipsius dei et dñi nr̄i **Ihesu**  
christi. **Quod** nōnūq; si diuini<sup>9</sup> duraret delictarū illarū seruo: vs  
scera eorum panit<sup>9</sup> erūperēt: et deficerēt. **Ad**ore vt fert bte **Ur**  
suline de **Padama**: et **Jacopini** ordinis minorū. **Pun**qd̄ tales mala  
vn̄ q̄s volūtate: aut iniqua intentiōe: vel malo spū ad peccandum  
contra gloriā dei deduci p̄nt. **In** tpe iustificatiōis sue: quū eos pre  
serti ad tps puenisse magnificationis nouerim<sup>9</sup> p illa saltē exteri  
ora inditiā que cerni p̄nt et videri. **Quā**q; eorum intrinseca diuina  
gaudia: nec cernere: necq; gustare valeam<sup>9</sup>: que qdē lōge lucidiora  
sunt valde iuditia veritatis. **Ecce** iā triū ptiū secūdi libri dis  
fusa et expedita materia afflictionū et angustiarū electorū in tpe sue  
iustificatiōis: put in pte prima de tēpore prefate iustificatiōis  
habet. **Secunda** de diuersitate tpm̄ vocationis: iustificatiōis: et  
magnificationis: scriptum est. **Tertia** de deceptiōib<sup>9</sup> a deo p̄mis  
sis videt<sup>r</sup>.

**Explicit liber secund<sup>9</sup> dicit<sup>r</sup> x̄ga nuptialis.**

**Incipit tabula tertij libri.**

**T**res sunt enī libri hui<sup>9</sup> more aliorū. **Prima** dicit<sup>r</sup> idicati  
ua: eo q̄ iditia renouatiōis electorū: et p̄templatiuorū ino  
tescit. **Et** habet capitula triginta. **Secunda** dicit<sup>r</sup> pur  
gatiua: eo q̄ sit de modo purgādi alias electorum et fortitudie anī  
mi in aduersitatibus spiritualib<sup>9</sup>: simul et tpalib<sup>9</sup>. **Et** habet capitu  
la decē. **Tertia** dicit<sup>r</sup> exemplaris: eo q̄ ab exēplo **Christi** nr̄i  
saluatoris ex verbis p̄pheticis viā electorū conat<sup>r</sup> temere iudicā  
tib<sup>9</sup> indicare. **Et** habet capitula septē. **Incipit** plog<sup>9</sup> in  
opus libri tertij nuncupati **Donile** spōsarū. **Cum** de excellentissi

marū alarū in plēitudīe gratiarū diuinarū rēuatiōe i eo ptractet.

**C** Trauimus fratres mei de his in primo libro rebus ptractare: que ad eruditionē amicorū ptinere vident: ne in temeraria laborent iudicia aduersus exptos spirituales: atq; ptemplatiuos patres: tā religiosos q; seculares. Siue clericus: siue quidē laic⁹ fuerit. Quoniā sapia huius mundi stultitia est apud deū. Ideo omnes homies quocūq; sese statu reperierit: suā humis liter: ac deuote salutē exponāt rēdicare: dimissa pmi: maiorum pferri: tum offitio: tum ue ctate: detractio: z murmuratione. Secundo quidē libro quid huiusmodi electis in uocatione: quid i iustificacione: quid ue magnificationis tpe eueniat: enarrādus durimus dilucidissime. Hoc at tertio: yltimoq; libello ordine res surgendi ex limbo: z ymbra mortis: ybi absentia gratie spūalis ob scuritate pstrati iacuerāt in ceno. Diuina tū pmissione pueniēdi ad maiore sui gratia: atq; gloriā. **Explicit exordium.**

**Incipit narratio prime partis.**

**N** E forte ridibus: z imperitis uerba mea odiosa appareant Quum tam pie: tamq; benigne eternū patres p merita passionis sui gloriosissimi filij cum electis hīe audierit res mittendo illis omniū reatum suorū culpā. Penā uero in pnie auferit: in aduersis patientiā: atq; lachrymarū ptritioē ppenfat. Si tū causa humiliationis sacramentū uere pfectionis uenerent: z querāt: dum tps: modusq; affueit. Sin at: domin⁹ Iesus pffessor erit eorum. Pater q; eternus remittit z absoluit eos. Tutoritati bus quidē sacre matris ecclesie doctorū: que dixerimus pbanda docere institulimus. et infra patet.

**Capitulum primus q; aduersa ptritio a deo: uel ab hoīe imissa ad correptionē: patienter tollerata remissionē donet ab oī culpa: z pena eterne damnationis. Si tū yltius nō addit ad peccandū: iux bñssimi Ieronimi sniaz dicētis. Distictioe. xiiii. De crimine.**

**Q**uid ergo ait p dominū cogitatis: Ipse qui creauit mundū z psumationē eius faciet. Quid si uobis uidet crudelis: z rigidus: z cruentus. Quod iā in diluuiū genus deleuit manu. Sup iodomā z gomorā ignem pluit. Egyptios submersit fluctibus. Arabelitarū cadauera pstrauit in beremo. Scitote id ad presens reddidisse supplitiā: ne in eternū puniret. Certe aut nō sunt que ppete loquunt: aut falsa. Si uera sunt: qd d seueritate eius uidet dicere: Ipsi dixerūt. Non indicabit dñs bis in idipsum

Illidetur quasi i pcella nauis hō sensatus credit legi dei: z lex illi fit delis. **De castitate ppetua** inquit Bernardus. Quid castitas te decorius: que mundū de imundo pceptū semine: de hoste dome sticum: de hoie angelicus facit. Unde Jeronimus. In carne preter carnē viuere angelicum est: non humanum.

**Capitulum quartum in approbatōe donorum sancti spiritus. Et primo interrogandus est eger vtrum habuerit illa si nō obserua uerit hortandus est cū autoritatib<sup>9</sup> illa toto corde exercere se dis sponat:**

**D**e timore dei dicit in psalmo. Timētes autē dominū nō deficiēt oī bono. Itē in ecclesiastico. xxxiii. Timentī deū nō occurrēt mala: sed in tēptatōe deus illum pseruabit: z liberabit a malis. **De misericordia: z pietate.** Idē. xxxvi. Spetiosa misericordia tpe tribulatōis: q̄i nubes pluuię in tpe siccitatis. Et Petrus i canonica secunda. ii. Mouit deus pios de tēptatione eripere. **De consilio parabolārū. ii. Si intrauerit sapia cor tuum: z scia anime tue placuerit: consilium custodiet te.** **De scientia. Sapientia. xiii. Vbi aut sunt oēs hoies in quibus non subest scia dei. Item parabolārū. xviii. Cor prudentis possidebit scias z doctrinā.**

**De sapientia Ecclesiastici. xxx. Sapientia oīm antiquorū exq̄res sapiens z in pphetis vacabit. Item ibidē. xxxiiii. Sapientia laudabit aīam suam. z in dño honorabit: z in medio populi sui gloria bit. Et in medio ecclesie aperiet os suum.** **De intellectu bono**

**David in psalmo. Intellectus bonus oībus facientibus eū: laudatio eius in seculū seculi.** **De fortitudine. Augustinus in libro de morib<sup>9</sup>. Fortitudo est amor facile tollerās oīa ppter id qd amat.**

**Macrobius aut dicit. Fortitudo est affectio que nullas aduersitates: mortemq̄ formidat. Filiab<sup>9</sup> eorum: in quibus interrogandus z admonendus: ac benigne arguendus: deinde exhortand<sup>9</sup> infirmus est. Utq̄ in posterum ad resutendum: si comes vita fuerit est sum mopere suadendum illi.**

**Superbia: de qua ait Gregorius in moralibus. Principalia vitia de superbia virulentia radice pferunt scz Factātia**

**Contentio. Ipocrisis. Presumptio. Obstinatio. Inobedientia. Inanis gloria. Inuidia. Iracundia. Tristitia. Auaritia. Ventris ingluuię. Luxuria.**

**Auaritia de qua Augustinus in sermone. Non solum auarus est qui bona aliena capit: sed z ille auarus est qui cupiditate**

seruat sua. Usura. Rapina. Proditio. Simōia  
Furtum. Perturium. Unde cambia. Termini  
Contractus. Falsa mercimonia. Proda imprestitoruz.  
Fraudatio pecuniarū. Nautarum pmissiones.  
Omnes iste fraudatōs ad restitutōs tenent cum oib<sup>9</sup> alijs similis  
bus: sicut sunt pecunie ab offitio salis: 7 septē p centum.

**L**uxuria de qua ait Jeronimus in moralibus sup offitium.  
Sicut vinum 7 ebrietas eum qui bibit mentis sue inopes  
facit: ita fornicatio ac voluptas pervertit sensum: animumq<sup>3</sup>  
debilitat: 7 de rationali homine brutum efficit. Odium dei.  
Cecitas mentis. Amor sui. Inconstantia  
Pitatio. Inconsideratio.

**G**ula: de qua ait Gregorius. Quanto corpus implet: tātō  
anima minorat. Idem de ebrietate. Ebrietas est blādus  
demon: dulce venenum: suave peccatum quā qui h<sup>3</sup> non se  
h<sup>3</sup> quā qui facit peccatum non facit: sed totus est peccatus. Idem  
Qui ventrem 7 gulam refreat toto corpori imperat.  
Multiloquium. Ebrietas. Immunditia.  
Scurrilitas. Hebetudo. Inepta letitia.

**A**ccidia de qua ait Jeronim<sup>9</sup> in epistola. Sicut dñs n̄ vult  
mortē peccatoris: sed vt reuertat 7 viuat: ita tepidos odit  
7 cito ei nauisiam facit: vt ait Johānes in apocalipsi. Utis  
nam calidus esses aut frigidus. Sed quia tepidus es incipiam te  
euomere de ore meo. Tepeditas. Desperatio. In  
sillanimitas. Vagatio mēt̄. Negligētia. Inepta letitia.

**I**ra: de qua inquit Johānes chrisostom<sup>9</sup> sup Johāne. Qui  
irascit̄ infinit<sup>9</sup> est supplitis dign<sup>9</sup>. Volūtarie seipsuz i bar  
ratrū pditōis ferens: 7 ante futuram gehennam hic iā vin  
dictam soluens. Indignatio. Contumelia. Rixa.  
Clamor. Blasphemia. Timor mortis.

**I**nuidia: de qua Gregorius in moralib<sup>9</sup> dicit. Inuidia iras  
generat: q<sup>3</sup> quātō interno linoris vulnere sauitiā: tātō etiā  
am mansuetudo trāquilatatis amittit. Unde Johānes cri  
stostomus. Inuidie passio: 7 fornicatōe: 7 adulterio multū ē detēior  
Idē. Inuidi ocul<sup>9</sup> liquat̄ tristitia: inuid<sup>9</sup> cū morte viuūt p̄tinua.  
Detractio. Susurratio. Afflicto. Exultatio. De  
prauatio. Ingratitudo.

Gravitas peccatorū: et p̄ditio p̄ hec infra scripta iterrogāda sunt.

Quis: quid: quibus auxilijs: cum quo: cur: et ubi.

**Capitulum sextum de virtutibus thologicis: cū approbatōe earū: i q̄b̄ iterrogandū est egrotū: et p̄suadendū ad exercendū vt supra.**

**D**e fide Augustinū. Fides est virtū qua erudiunt que non vt dēnt. Unde dicit Damascenū. Fides est nō inquisitus cōsensus: unde dicit. Fidelis seruus: et prudens quē cōstituit dominus super familiā suam. Et apostolus ad h̄ebreos. Fides est substantia sperādarū rerū argumentum non apparentium.

De spe Augustinū in Enchir. Spes non est nisi rerū ad deū p̄tinentium: quī curam eorum q̄ spem habent gerere p̄bibet. Unde in psalmo. Spera in domino. et fac bonitatē. De charitate. Jo

bannes in epistola. Deus charitas est: et qui manet in charitate in deo manet: et dñs in eo. Unde apostolus ad Titum primo. Finis precepti charitas est: de corde bono: et p̄scia pura: et fide non ficta.

**Capitulum septimum de virtutibus cardinalibus: ad interrogandum: et exhortandum: vt supra.**

**D**e prudentia Gregorius in libro de moralibus ecclesie. Prudentia est amor eligens sagaciter ea quibus adiuvatur: et. Unde Salomon in parabolis. ii. Prudentia servabit te vt eruaris a via mala: et ab hoīe q̄ p̄versa loquit. De iustitia Augustinū in libro de moribus ecclesie. Iustitia est amor tñi deo serviens: et ideo bene ioperans ceteris que hoī subiecta sunt. Unde in ecclesiastico. Iustus vt palma florebit: et sicut cedrus libani multiplicabit. De fortitudine. Ambrosius de officijs. Nō mediocris ai est fortitudo q̄ sola defendit ornāmēta virtū om̄: et iudicia custodit. Unde et Gregoriū in. vi. moralium. iustomm fortitudo carnē est vicere p̄p̄is voluptatib̄. T̄rie: delectatōs p̄p̄tis vite ertere.

De tēperantia Augustinū i libro de moribus ecclesie. Munus tēperantie est in cohercēdis: sedādisq̄ cupiditatib̄ q̄b̄ ducimur in ea que nos auertūt a lege dei. Unde Ambrosius i primo de officijs. Ad tēperantiā p̄tinet ois sedatio p̄turbationis ai rerū modus. Oportet at̄ modum ponere non solū p̄cupiscētis et delectationibus: sed etiā in exterioribus actibus.

**Capitulum octavum de sacramentis ecclesie ad interrogandum: et exhortandum.**

**D**e baptisate maḡ s̄narū li. iiii. Baptisima s̄: tictio. i. ablutio corpis extēior sc̄ta sub forma x̄borū p̄scripta. Mes Aug. Verbo baptisima p̄secraf



**D**etrabe verbum: et quid est aqua nisi aqua. **A**ccedit verbū ad elementum: et fit sacramentum. **D**e chrismate. **M**agister libro quarto. **V**irtus vero huius sacramenti est donatio spiritus sancti ad robur quod in baptisma datur est ad remissionem. **U**nde **Rabanus** a summo sacerdote per ipso manus paracletus tradit baptizato: ut roboretur per spiritum sanctum ad predicandum alijs illud quod ipse in baptismo percipit est. **D**e communione. **M**agister ibidem. **P**er baptismum mundamur. **P**er eucharistiam vero in bono confirmamur. **B**aptismum exterius vitiorum maculas extinguit. **E**ucharistia spiritu aliter reficit. **U**nde excellenter dicit. **E**ucharistia. i. bona gratia. **D**e quo **Ambrosius** sermone christi. hoc perficit sacramentum: quia sermo christi creaturam mutat. **E**t sic ex pane fit corpus christi. **E**t vinum cum aqua mixtum fit sanguis consecrationis ubi celestis. **D**e penitentia. **M**agister in quarto. **P**enitentia longe positus a deo necessaria est: ut ad deum appropinquet. **E**t enim ut ait **Zeronimus** secunda tabula post naufragium. **Q**uia si quis vestem innocentie in baptismo percepta peccato corrupta penitentia remedio reparare potest. **U**nde **Ambrosius**. **E**t autem penitentia mala preterita plangere: et plangenda iterum non permittit. **D**e sacris ordinibus ecclesiasticis. **M**agister in libro. iiii. **S**eptem sunt spiritualium officiorum gradus: siue ordines: sicut ex sanctorum patrum dictis apte tradit: et capituli nostri sancti Iesu christi exemplo monstratur: quod officium omnium in semetipso exhibuit. **D**e matrimonio magister in quarto. **F**actum est matrimonium ad remedium propter illicitum motum deuitandum. **P**rimo ut natura multiplicet. **S**ecundo ut natura exciperet: et vitium cohiberet. **N**am et ante peccatum dixit deus **C**rescite et multiplicamini. **D**e absolutioe peccatorum. **D**ominus in euangelio dicendo **P**etro: et successoribus. **L**ibi dabo claves regni celorum: et quocumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. **E**t quocumque solueris super terram soluetur et in celis. **U**nde magister in quarto de vii clauum. **U**sus etiam harum clauum multiplex est. **D**iscernere scilicet ligandos: vel soluendos: ac deinde ligare et soluere. **Q**ui indignos ligat vel soluit: propria peccate se priuat. i. dignum priuatione se facit. **D**e sacramento vnctiois extreme. **U**nde magister in quarto capitulo. **A**quibus fuit institutum hoc sacramentum. **H**oc sacramentum vnctiois in firmorum ab apostolis institutum legitur. **A**it enim **Jacobus** in canonica. **I**nsfirmum aliquis in vobis inducat presbiteros ecclesie: et orat super eum: ungentes eum oleo in nomine domini: et alleluabit eum dominus et si in peccatis sit dimittentur ei.

**Capitulum nonum de septē operibus misericordie corporalib⁹ ad interrogandum: z persuadendum.**

**P**ascere famelicū. **D**are potum sitienti. **H**ospitare peregrinum. **V**estire nudū. **V**isitare incarceratos. **V**isitare infirmos. **S**epelire mortuos. **A**uferēdo victū p̄rio. **N**egando aquā vel vinū p̄rio. **B**etrabēdo aduēis: z p̄grinis. **S**eniēdo i paupes debitores. **T**enēdo i carcēib⁹ pauperes. **T**ribulando infirmos. **N**egādo sepulturā p̄rio. **U**nde p̄pheta. **F**range esuriētī panē tuū: z egēos: vagosq; induc i domū tuā. **Q**uā vidēs nudus operi eū: z carnē tuā ne despereris.

**Capitulum decimum de septē operibus misericordie spiritualib⁹ ad interrogandum: z persuadendum.**

**D**are sanum p̄siliū. **I**nstruere insciū. **R**eprehēdē peccatū. **L**etificare mestos. **S**ubueire paupib⁹. **O**iare p̄ exsistib⁹ in tēpestāte. **O**iare p̄ oibus mortuis. **D**ecipēdo primū. **F**raudando doctrinam. **L**audando vitia. **C**onfundēdo. **F**raudando bona pauperū. **O**ptando naufragiū. **M**ale dicendo aiab⁹ mortuorū. **U**nde prima secūdi ad **E**i

motheū. **O**bscero igit̄ primū oim fieri obsecratōs: orōs: postulationes: gratiarū actiones: p̄ oibus hoibus: p̄ regibus: z oibus qui in sublimitate sunt: vt quietā z trāquillā vitā agamus in oī pietate z castitate. **H**oc enī bonum est: z acceptum coram saluatore n̄ro deo. **E**t alibi idē. **A**rgue: increpa: obsecra: oī māsuēdie z patiētia

**Capitulū. xi. de octo beatitudinibus z contrariis suis.**

**P**aupertas spiritus. **M**ansuetudo. **G**emit⁹ peccatorū. **M**unditia cordis. **M**ia. **P**ar. **P**ati p̄secutiones. **S**itire iustitiā. **M**atio mētis furibunditas. **D**electatio i peccatis. **A**uiditas peccādi. **S**eueritas. **S**candaluz

**I**nimicabilitas virtutū. **S**upplantatio iuris

**D**e paupertate dñs in euāgelio. **B**eati pauperes spiritu qm̄ ipsoū est regnū celozū. **D**e māsuēdie ait. **B**ti mites: qm̄ ipsi possi debūt terrā.

**D**e gemitu peccatorū inq̄t. **B**eati q̄ lugent: qm̄ ipsi p̄solabūt.

**D**e mūditiā cordis. **B**ti mundo corde: qm̄ ipsi deū videbūt.

**D**e mia. **B**ti misericordes: qm̄ ipsi mias p̄sequē

**D**e pace. **B**ti pacifici: qm̄ filij dei vocabunt̄. **D**e p̄secutōib⁹ **B**ti q̄ p̄secutionē patiunt̄, p̄pter iustitiā: qm̄ ipsoū est regnū celorum.

**D**e iustitiā sitienda. **B**eati qui esuriunt: z sitiunt iustitiā quoniam ipsi saturabunt̄:

**Capitulū. xii. de sensib⁹ corporis interrogādo qlitē illos exercuēt**

**U**is unde dñs. Si ocul⁹ tu⁹ scandalizat te erue eū ⁊c.  
**A**uditus Jeronim⁹ in epla. Nō licz tibi alteri⁹ vitupatoꝝ  
patiēter audire: q: ⁊c. **O**doꝝat⁹. **S**ustus. Jerōim⁹  
in epla. **M**odic⁹ ⁊ tēperat⁹ cibus: ⁊ carni. ⁊ aie vtilis est. **T**act⁹  
**A**mbrosi⁹ non p̄t in tactu caro corūp̄: nisi mēs ante fuēit corrup  
ta **A**ffatus Hieronim⁹ in epistola. **S**p linguaz tuā de bonis  
loqui affuesce ⁊c.

**D**e homicidio **D**e veneno **D**e baptizatis filiis pprijs  
**D**e his q̄ rē habuerit cū filiab⁹ p̄fessionis: vel baptismati  
**D**e his q̄ sepelierint excōmunicatū: hereticū in loco sacro  
vel ysurarū in ecclesia sciēter **D**e his q̄ ipedierūt p̄ceptū vel  
partū mulieris **D**e eo q̄ necauit infantē: vel obuiauit bap  
tismati **Q**ui grauit̄ vulnerauit: ⁊ sāguinē fudit p̄sbitē  
vel clericū: odio: vel mala voluntate **Q**ui falsificauit bullas  
papales **Q**ui p̄bulerit ecclesias malitiose **Q**ui p̄secut⁹  
fuerit p̄elatos ecclesie **S**imoniac⁹. **E**xcōmunicat⁹ a papa  
**Q**ui ipedierit aliquē d̄ ecclesiasticū q̄ velle pontificē. **Q**ui in  
iecerit manū in p̄elātū. **Q**ui coegerit cū violentia p̄fesso: em  
ad absoluenđū: vel monachū: vel frat̄ ad ea duxerit faciendū: vel  
idūgentias dandū q̄ velle: vel posse suum: sicut sunt nuptie: vel ba  
ptismū. **Q**ui ipedierit inquisitores q̄ hereticos: ⁊ magos. **Q**ui d̄  
carne vel ossibus mortuorū venefitiuz fecit: vel abusus fuerit vel  
detulerit de loco sacro in locū imundum. **Q**ui coerit: ⁊ genuit  
cum parentib⁹: ⁊ attinētibus. **Q**ui fuerit cum sorore vxor⁹ sue.  
**Q**ui cū duab⁹ vel plurib⁹ vxoribus: ⁊ matre. **Q**ui duxerit: porta  
uerit: vel miserit ferramēta: lig: seu victualia infidelib⁹. **Q**ui ne  
gauerit fidē christiana. **Q**ui fuerit public⁹ ysurari⁹. **Q**ui leserit  
ecclesie libertatē: **Q**ui violauerit iterdicta a sede apostolica ipo  
sita. **Q**uenis offensa iobediētia: seu rebellio i romanū pontificez  
seu sedē apostolicā: **O**ffensa p̄sonalis in ep̄m: vel aliū p̄elātū. **I**n  
uasiōis de p̄datōis: vel occupationis terrarū ecclesie romane medi  
ate: vel imediate subiectarū: **I**nuasiōis romipetarū. **P**rohibi  
tōis de ecludōis causarū ad romanā curiā. **I**mpositōis nouorum  
onerū realiū: vel p̄sonalium ecclesijs: ⁊ ecclesiasticis p̄sonis. **P**ubli  
canti: q̄ vulgo datiarū appellant: q̄ q̄ sanctorū patrū ⁊ generalium  
p̄silliorū statuta gabellas iponent: vel alia onēa realia: vel p̄sonalia  
exigūt. **I**n sup̄dictis casibus null⁹ absolue p̄t: q̄ntecūq; dignitat⁹

erissat: nisi in articulo mortis p̄stitutos. Cautione tñ prius idonea accepta de parēdo mādati ecclesie: Sz oēs ⁊ singulos sup̄dictos ad romanā curiam absoluēdos remittat p̄dignā p̄nias p̄ suis reatibus suscepturos. Et hoc p̄hibet tam exēptis q̄z non exēpti sub pena excomunicatōis: ⁊ depositōis beneficij: ⁊ ordinis.

Capitulum. xiiii. de casibus episcopaliibus.

**D**emonialib⁹. De excomunicatōibus p̄latorū. De sodomiticiis. De p̄mulentibus cū attinētibus cū qb⁹ baptizauerit: vel tenuerit in baptisinate: vel habuit in p̄fessioe vel coinquauerit sceleribus: vel sanguie simpliciter sacra loca ecclesias: ⁊ altaria. De his q̄ duxerit clericos ad ordinatōz p̄uelle prelati sui. Qui p̄cubuerit cū iudea: vel p̄mederit cū ea: vel seruerit iudeis: vel cū eis in mercimonijs: ⁊ vsuris p̄tē habuerit. Qui falsas p̄posuerit cartā: vel scriptū. Qui genuerit filios cū p̄iuge alterius. Qui fecerit sacrilegiū: sortilegiū: ⁊ malefitia. Qui cuz h̄gine rē habuēit. Qui falsus iuramētū fecerit: vel causas dedēit. Qui h̄z de male acq̄sitis. Qui audierit p̄sciū missam: vel a p̄sbitero iterdicto: vel in altari nō p̄parato. Qui sacra furat⁹ fūerit. Qui cū excomunicato locutus fuerit: vel i ecclesiam itroduxerit.

Capitulum decimumquintū de casibus p̄cessis. d. patriarche per lūmū pontificē in toto dominio venetiariū.

**A**bsoluere māifestos: ⁊ simulatos vsurarios: ⁊ simoniacos: ⁊ cū eisde vsurarijs p̄ponere ad eius arbitriū. Debitorēs crutiare: ⁊ camere apostolice: ⁊ romāe ecclesie: q̄ntūcumq̄ incerta etiā ap̄d quoscūq̄. Decimō fructus ecclesiasticorū b̄nficiorū male p̄ceptos absoluere: ⁊ cū eisde p̄ponere: ⁊ quietare. Absoluere eos q̄ p̄pter nō solutōz trigelime excomunicatōis sn̄iaz incurrunt: ⁊ cum eisde p̄ponere iux̄ eorū facultatē. Absolutio illorū dēicos rum qui decimas non soluerit: iux̄ decretū Re. rē. dñi p̄i sc̄di: non solū ab excomunicatōe verū etiā ab irregularitate ex eo incurris. Absolutio etiā illorū q̄ ad terras infidelium merces detulerit. Absolutio quorūcumq̄ religiosorū: ⁊ aliorū clericorum cuiuscūq̄ p̄ditōis ⁊ nominatorum non suadentium omnibus ⁊ precipue infirmis i ordinatione suorum testamentorum: vt de omnibus dimittant fm̄ iuris diuini: ⁊ canonici p̄cepta.

**Capitulum decimūsertū de casibus quos reuerendissimus domi-  
nus patriarcha sibi reservat.**

**A**bsolvere excomūcatos maiori excomūcātōe: siue sit il-  
lata a iure: siue ab hoīe. Incestuosos in primo: vel ī secūdo  
gradu p̄ sanguinitatis: homicidas volūtarios. Coeūtes cū  
monialibus: Infrātes mōasteria mōialiuū mala intentōe. Deflo-  
ratores v̄ginū p̄ violentiā. Coeuntes cū mulierib⁹ quas baptiza-  
uerūt: vel quarū p̄fessiones audierunt: vel tenuerūt ad baptismum:  
vel p̄firmatōs. Polluentes ecclesias: vel semine publice. Adus-  
tilātes siue aliquo mēbro priuātes filiū: vel filiā: voluntarie. Faci-  
entes aliquid: aut dātes alicui ad potādū: vt generare: aut p̄cipere  
non possit: et hoc p̄pter odium: vel vt ad ipsum successio deferatur  
Prestantes falsum iuramentū. Habētes mala ablata icerta vel  
certa: dum non extāt quibus est satiēda restitutio: et hoc a duob⁹  
vucatis supra. Simoniacos: Ordinatos sine licentia domini  
patriarche. Cōmunicationes votorū magnorum. Falsificātes  
instrumenta. Hereticos: vel scismaticos. Sepelientes scien-  
ter excommunicatos in loco sacro. Usurarios publicos. Gas-  
crilegos et eos qui eucaristia: crismate: vel alia re sacra abusi sunt.

**Capitulum decimamseptimum de casibus concedendis plebāis:  
et p̄ioribus p̄o absolūendo infra scriptos videlicet.**

**H**omicidas non voluntarios. Dantes alicui venenū  
vt moriatur. si mors aut debilitatio inde non sit secuta.  
Fractores votorum. Baptizantes: seu tenentes ad  
baptismum: vel ad confirmationem proprios filios sine  
necessitate. Restitutio male ablatorum incertorum: vel  
certorum dum non extant quibus est fiēda restitutio: a ducato  
infra: ita q̄ dentur pauperibus. Defloratores v̄ginum vo-  
luntarie. Coeuntes cum infidelibus. Mulieres concipi-  
entes de adulterio: et viri earum credunt esse suum. Cōmu-  
tationes votorum paruorum. Contrahentes nuptias infra  
tempus interdictum. Publice criminosos. Blasphemā-  
tes deum: et sanctos. Violatores ecclesiarum. Commit-  
tentes luxuriam contra naturam. Infrantes monasteria mo-  
nialium non mala voluntate. Incestus in tertio et quarto gra-  
du: consanguinitatis et in quocunq; gradu affinitatis.

**H**olluentes ecclesias sanguine: vel semine occulte. **C**ontrahentes  
matrimonium post votum castitatis: ita quod non exigat debitum. absque licen-  
tia. d. patriarce. **H**erberantes presbiteros: vel matrem. **S**ortilegos  
et herbarios. **T**enentes pueros in lecto ante annum. **C**elebrantes  
non ieiunium. **C**elebrantes in altari non consecrato: vel sine venite sacer-  
dotali. **C**oncedenda inferioribus.

**C**apitulum decimoctauum de voto vtriusque egrotus vouerit: et non  
reddiderit interrogandus est.

**V**otum enim secundum magister in quarto est testificatio quedam promissio-  
nis spontanee: que deo et de his que dei sunt proprie fieri  
debet. **S**unt autem stultorum vota: que frangenda sunt. **T**homas  
in super secunda secunde questione. lxxviii. inquit. **V**otum est promissio deo fa-  
cta. **U**nde **A**ugustinus in epistola. **I**ta etiam promissio qua deo aliquid  
vouem non cedit in eius utilitate quod nobis certificari non indiget  
sed ad utilitatem nostram in quantum vouendo voluntatem nostram immobili-  
ter firmam. **P**ropterea in deuterio. xxiii. **Q**uod semel egressum est de  
labiis tuis obseruabis: et facies quod promissisti domino deo tuo: et propria  
voluntate: et ore locutus es. **V**ide. **Q**uum votum voueris deo tuo  
non tardaueris reddere: quod requiret illud dominus deus tuus: et si  
moratus fueris reputabit tibi in peccatum.

**H**ec sunt vota quibus nisi papa dispensare habet.

**D**e voto intrandi religionem etate puerum: et posse.

**D**e voto facto in religione post probationem debitam.

**D**e voto virginis cum etate facto: et posse.

**D**e voto ad ecclesiam Petri et Pauli eundi visitandas.

**D**e voto eundi ad sanctum Iacobum.

**D**e voto eundi ad sanctum sepulchrum.

**C**apitulum decimononum de absolutione generali supra indulgentia plenaria a domino papa concessa personis ordinis cartusien-  
sis.

**D**ominus noster ihesus christus per suam piissimam misericordiam: et meritum  
sue dignissime passionis te absoluat. **E**t ego autoritate ipsius.  
et summi pontificis in hac parte mihi concessa et alias ab-  
soluo te autoritate et quantum possum a sententia: et vinculo excommunicationis  
minoris: vel maioris: quomodolibet incurrisi: per qua absolui indigeas  
**E**t restituo te sacramentis sancte matris ecclesie. **N**e autoritate super dicta  
absoluo te ab omnibus peccatis tuis. de quibus confessus: vel libenter confite-  
beris: si eorum memoriam habes. et plenam eorum indulgentiam: et remissionem  
tibi concedo: quantum clauis sancte matris ecclesie se extendunt: et quantum fuit in  
aspectu diuine maiestatis. **I**n nomine patris et filii et sancti.

**Capitulum vigesimum de forma absolutionis quibuscuq; personis in articulo mortis.**

**P**rimo dicat firmus: vel alius pro eo si nimis grauat' esset. **C**oniteor deo. **S**acerdos postea dicat. **P**er aspersionem sanguinis domini nostri ihesu christi: et intercessionem beate Marie: et omnium sanctorum: et sanctarum dei: misereatur tui omnipotens deus. **P**ostea subdit. **E**t ego auctoritate omnipotentis dei: et beatorum apostolorum petri et Pauli: omnique sanctorum: sanctarumque deus. **E**t auctoritate summi pontificis: qua fungor mihi in hoc casu specialiter expressis: Absoluo te ab omni vinculo eccomunicacionis generaliter: vel specialiter late: ab homine: vel a canone: et ab omni macula: seu pena irregularitatis: interdicti: suspensionis: vel cuiuscumque sine: quod scienter: vel ignoranter incurrisisti usque in hanc horam: late ab homine vel a canone. **E**t restituo te unitati: fidelium: et sancti sacramentis ecclesie. **I**n nomine. p. r. f. r. f. s. amen. **I**tem eadem auctoritate: et eius vicarij summi pontificis: in hoc casu mihi specialiter expressis: si ista vice morieris. **A**bsoluo te ab omnibus peccatis tuis de quibus contritus es corde: et ore confessus es specialiter: vel communitate per modum tue fragilitatis: et etiam de quibus oblitus es in specialiter confiteri. **E**t de omnibus penis tibi in purgatorio debitis: per tuis peccatis: quantum se extendit potestas. danieli beatissimi Petri apostoli vicarij dei. **E**t restituo te illi innocencie qua eras quando baptizatus fuisti. **S**i vero ista vice non morieris referuo tibi plenariam indulgentiam processam a summo pontifice pro ultimo articulo mortis tue. in nomine patris: et filij: et spiritus sancti. amen.

**Capitulum. xxi. de modo seruandi animam egrotantium qui plenariam obtinuerunt absolutos in ea ipsa puritate: donec vel validudinem recipiat: vel domino suam feliciter tradiderit animam.**

**Q**uam sola dilectione: et intima charitate creator omnipotens celum: et terram: et omnia que in eis sunt ad humani generis delectationem: et usum creasse sane cognoscamus. **Q**uam ergo affectione eundem plasmatorem creatorem amare te nequam censendum est: cum etiam pro nostra et humanari: crucifigis salute decreuerit. **N**ecnon indies in sacro apparere altari placeat. immo quod maius est omni contritione ductus: penitens: et confessus: cunctas offensiones: et delicta sua in absolutione sacerdotia ipsius saluatoris Christi iesu auctoritate: suaque inextimabili misericordia annihilare omnino potest. **E**t etiam in huiusmodi innocentia: et puritate: presertim si plenariam receperit indulgentiam conseruari

84

se poterit. Si tamen dilectione: et obligatione immense charitatis  
sue motus fuerit: et non timore penarum: aut infernali cruciatu terro  
re ductus per scriptam inferi exercere: agereque industria voluerit.  
Quapropter ad inenarrabilem Christi iesu misericordiam: clementiam: chari  
tatem: omnis humani cordis affectio: animique dilectio: operibus  
saltem bonis: bona que et voluntate allitienda a confessore penitus est.  
Nam quotienscumque anima reformata fuerit in fide per compunctio  
nem: in vera confessione: et penitentia per soluta ex attritione animi: dum  
rectam habeat intentionem ad bene: beateque vivendum: facultas ab  
soluendi: mundandi que conceditur. Huiusmodi enim animabus his  
spiritualibus operibus: tam a venialibus quam a mortalibus delictis:  
et peccatis: per iustas auctoritates approbandum: vasa habilita  
tas seipsas absoluedi: ac remittendi sibi quicumque illis peccata accide  
rint ut infra patet.

**Capitulum vigesimum secundum de approbatione conseruationis  
anime illorum in innocentia: qui generaliter et a culpa: et pena ve  
raciter sunt absoluti: et ab omnibus erroribus: et peccatis optime liberati.**

**Q**uia quippe ad emundationem: et conseruationem vere  
penitentium exercenda sunt: quotienscumque expedierit:  
et necessarius fuerit: videlicet. Absolutio quotidiana ve  
nialium ex contritione penitentie. Et si opportunum fu  
erit (quod absit) modus ponimus ab omni peccato mortali quod  
quilibet contritus seipsum absolvere possit. Venias sibi ipsi peni  
tentiam iniungere secundum conscientiam valeat in hunc modum.  
Ad absoluedum quotidiana peccata venialia suffitunt. **Pater  
noster. Percussio pectoris. Elevatione oculorum Ele  
mosinarum suffragia. Aspersio aque sancte. Elevatione ma  
nuum et oculorum ad celum. Quod pater noster suffitiat in hoc  
intelligi potest: dum in eo ex doctrina domini dictum sit per his qui  
dimittunt inimicis suis offensiones eorum. Dimittite nobis debita  
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Item in eu  
gelio. Dimittite: et dimittet vobis. Mensura qua aliis metimini  
metietur et vobis: ait dominus. Unde magister in quarto de peni  
tentia ait: quod suffitunt. Pater noster. ad peccata venialia: et  
minuta: et quotidiana: iuxta sententiam Augustini in libro de pe  
nitentia. Quod tussio pectoris: ait propheta. Que dicitis in  
cordibus vestris: in cubilibus vestris compugimini.**



Et iterum. **S**cidite corda v̄ra: r̄c. **N**ā tunſio pectoris more **B**re  
gorij in homelia idicat p̄punctōs. **Q**uod eleuatio oculorū va  
leat indicat p̄ſalmigraphus dicēs. **L**euauit oculos meos i mōte: v̄ſ  
ueniet auriliū mibi. **A**uriliū meū a dño q̄ fecit celū r̄ terraz. **N**on  
det in p̄motōs pedē tuū: neq; dormiet qui cuſtodit te. **Q**uod ele  
uatio manuum valeat habet̄ in eccleſtaſtico. **C**onſurge: r̄ lauda in  
nocte in p̄cipio vigiliarū: r̄ effunde ſicut aqua cor tuum ante cō  
ſpectū dei tui. **L**euā ad eū manus tuas: r̄ miſeribiſ tui.  
**Q**uod aque ſancte aſperſio plurimū valeat ex ipſo exorcismi p̄ſes  
eratione habet̄: dicendo **U**bicūq; aſperſa fuerit careat immundi  
tia r̄c. **N**em oīq; diabolice fraudis nequitia. **Q**uod elimoſi  
ne ſufficiant his qui in charitate exiſtunt: indicat dñs in euāgelio  
**P**ate elemoſina: r̄ oīa erunt munda vobis. **S**icut aqua extinguit  
ignē: ſic elemoſina extinguit peccatū. **Q**uod peccatū mortale  
poſſit p̄ contritōs, p̄p̄riā remitti: quilibet in ſemetipſo dūtat̄ in  
tendat dum aderit t̄ps: r̄ p̄moditas ſacramentaliter cum p̄ſeſſore  
idoneo oīno conſiteri. **D**icente p̄p̄beta. **T**or contritū r̄ humiliatū  
deus non deſpiciet. **U**nde **E**zechiele p̄p̄beta ait. **Q**uam quereſ  
rit ſe impius ab impietate ſua quā operatus eſt: r̄ fecerit iuditiū: et  
iūſtitia: ipſe aiām ſuam viuificabit. **C**onſiderans enim: r̄ auertens  
ſe ab omnibus ſuis iniquitatibus quas operatus eſt: vita viuet. r̄  
non morietur: dicit dominus oīpotēs. **Q**ūquidē in quacūq; hora  
peccator ingemuerit: dimittā ei inquit p̄p̄beta. **U**nde r̄ **D**avid  
in p̄ſalmo. **C**onſitemini domino quoniam bonus: qm̄ in ſeculum  
m̄ia eius. **A**genda ſunt igiſ indelinet̄ oīa que ſuperi⁹ dixi  
mus: dum neceſſe fuerit: ita vt nunq; p̄ horam neq; veniale: neq;  
mortale in aīa contriti: r̄ abſoluti valeat p̄manere: agendo: r̄ opan  
do in orōibus: r̄ elemoſinis: ſp̄ reſiſtendo peccatis inquantū poſſi  
bile eſt: p̄niam toto corde p̄ficere ſtudeāt. **R**itus quidem ſiue  
ordo in puritate conſermandi cor: mentem: aīmq; eſt ſemel: vel bis:  
aut in mane: r̄ ſero humilitē: atq; deuote flexis genibus: erectis  
oculis: manibusq; ad celum extenſis. **P**oſt aſperſionē aque p̄ n̄.  
p̄ferat. **C**onſiteor addens: ſibiipſi penitentiam iniungat: de his  
omnibus que die illa nouerit nequiter commiſiſſe. **I**ntentione t̄ſ  
non vltra committendi: r̄ ſacramentaliter cito conſitēdi. **Q**uicūq;  
p̄fecto huiuſcemodi p̄niam egerit: nullo pacto poterit ampli⁹ dā  
nari: **N**empe optimum: pretioſiſſimumq; conſilium erit tā infus  
mo q; p̄optime valenti. **I**n honorem glorioſiſſime **M**aris **M**arie:

eiusq; amore ac spirituali dilectione a venerabilib<sup>9</sup> patrib<sup>9</sup> ordi-  
sancti dominici Rosariū summū: siue psalteriū eiusde; beatissime  
virginis hūiliter atq; deuote sumē: z in eorū societate itroire: i qua  
summ<sup>9</sup> Pontifer. Imperator. z reges. Prelati principes. Duces  
nobiles: z ignobiles vsq; ad religiosos cuiuscūq; religionis. Dispo-  
nētes p se vel p aliū in laudē prefate gloriosissime Vginis. Saltem  
semel in ebdomada psalteriū psoluē quod est in nūero. cl. aue. m. et  
xv. patē n<sup>9</sup>. Interponendo tñ sp post vel ante. x. aue. ma. vnū pater  
noster. Et ex hoc prefato psalterio p summū pontificē dñm n<sup>9</sup> n<sup>9</sup>  
Sixtum. iiii. pcedunt<sup>9</sup> quotiēscūq; q̄libet dixerit. l. aue. ma. cū pf n<sup>9</sup>  
vt supra: quinq; anni: z quinq; quadragene totiens quotiēs. Unde  
vsq; ad integrum numerū. cl. aue. ma. habent<sup>9</sup> anni. xv. quindeciq;  
quadragene de indulgētia. His ergo operibus: z orationib<sup>9</sup> deuo-  
tis z salutarib<sup>9</sup> regnum vendicatur eternum.

**T**abula secunde diuisionis de consilijs dandis penitentibus: z cō-  
fessis: sed potius pualescentibus q̄z egrotis. ppter tedium: tamen  
vtilissima sunt z valde pficua omnibus penitentibus.

De cōsilio beneuivēdi in seculo sine peccato mortali.

De psi-  
lio puerfandi

De consilio gubernādi familiam in timore dñi  
De cōsilio opandi sese circa artificia: mercātias: siue mercimonia  
cū bona pscia.

De cōsilio habēdi se in cōsilio z offitio senat<sup>9</sup>:

z de creando magistratu recto corde. Et de differentia psonarum  
cum iustitia: ac de vnione ciuili.

**Capitulum primum de consilio bene viuendi zc.**

**P**rimum z ante oia debet hō deliberare: z in mente sibi ppo-  
nere nunq; velle āpli<sup>9</sup> peccare mortaliter: z hoc p oib<sup>9</sup> vi-  
ribus suis eniti debet. Deinde vnū eligere confessorē hōe-  
stum: doctū: atq; sibi gratū: nō velut hoies: sed q̄i tubā spirit<sup>9</sup> sancti  
quem dilicat: timeat: z in renerentia ita ipsum habeat vt nihil  
penit<sup>9</sup> ponderosum agē velit sine orōib<sup>9</sup>: z cōsilio ei<sup>9</sup>: sicut si esset  
spiritus sanctus in eo. Itē q̄nto crebri<sup>9</sup>: tanto meli<sup>9</sup> confitēti stude-  
arit: ita vt iusta vulnera subsequant<sup>9</sup> p̄tinua medicamina: orādo: z me-  
ditando iux<sup>9</sup> posse vt sp diabol<sup>9</sup> i bonis opib<sup>9</sup> inuēiat eū occupatus.

**Capitulum secundum de consilio conseruandi.**

**C**onuersari debet cū maioribus in rubore. Ad ascultandū  
verba bona z opera attent<sup>9</sup> sit. In loquendo parc<sup>9</sup>: z mode-  
stus. Breuis in respondendo iux<sup>9</sup> interrogata. Cū eq̄libus  
cum benignitate confirmando: z laudando opera z sentētias eorū

si fm deū sunt. **S**in at increpādo: z reprehendendo: hūiliter tñ: ac mansuete: nū qz preponēdo se ceteri facto vel verbo. **C**ū minoribz māsuēt: atz human<sup>9</sup> in audlēdo opionē: z petiōz eorū. **E**t sit in quantū p̄t cum oibus q̄tiosus: honest<sup>9</sup>: z affabilis in x̄bis. modest<sup>9</sup> mansuet<sup>9</sup>: z q̄uis in gestibz. **L**audabilis: m̄d<sup>9</sup>: z sollicit<sup>9</sup>: atz diligēs in oi ope suo. **¶** **Ca. iiii. d̄ p̄silio circa familias suas domesticas.**

**D**rimo studeat ad pacē dom<sup>9</sup>. **E**t sic vir diligat vxorem: vt x̄ps ecclesiā. **S. i.** In educādos filios sit domestic<sup>9</sup> i x̄bis venustus in moribus: in doctria disciplinatus **S. ii.** In educatione famulorū z famularū. **C**orrectio famulorum p̄tinet ad domos in tremore: vestimēto: z cibo ad sufficientiā nēcitatē. **N**ō aut cum sumptuositate nimia: z abundātia p̄pter supbiā: z crapulatio nē euitandā. **C**orrectio ancillarū p̄tinet ad dñas: si ingoniose z vis serete sint: cū mansueta benignitate: z sollicitudie. **N**on at p̄tinet correctio earū ad viros ad euitandā vxoris suspitōz. **S. iij.** **C**irca victum z vestitū hec notāda sunt. **I**uxta honesti lucri habilitatem **I**uxta status sui: atz p̄ditōis p̄decentiā **I**uxta civitatis: z loci laudabile p̄suetudinē z mores. **¶** **Capitulū. iiii. de p̄silio circa artificia: mercantias siue mercimonia. S. i.**

**I**temendo: z vendēdo mercātias reales. **I**n p̄tractibus iusti **I**n pretijs honesti. **I**n p̄positionibus liciti. **P**rudentes: veraces. **N**imici vsure: z cupiditatis. dicente apostolo. **R**adix oim malorū cupiditas est. **S. ii.** de industria artificū. **A**rtifices idultriosi debēt esse in eorū artificijs. **I**n apothecis suis assidui **A**d emēdū cauti. **I**n vendēdo iusti. **I**ta vt alijs nō faciāt quod recipere ab alijs nolunt. **N**on diligendo auaritiā de q̄ dñs ait. **C**auete ab oi auaritia: qm̄ non in abundantia cuiusquam est q̄ possidet. **S. iiii.** de genere mercimoniarū. **I**n exercitādo se licite in genē mercimoniarū in quibus instruct<sup>9</sup> est. honestatē pretijs dare p̄t. **E**t nō aliter nisi cum p̄silio instructorū mēcatoruz bone fame. **I**ta z apothecarij facere debēt. **S. iiii.** de inuētōe pretij. **D**e mō inueniendi pretium debitum in rebus generaliter app̄tatis ab oibus. **E**ligat ex tribus pretijs honorū mercatorū: q̄ sunt iusti: boneqz fame. **S**ic sunt q̄ p̄t p̄mode mercimonia vltimo sustinere p̄tio. **E**t sicut illi q̄ nō p̄t tādū expectare: s; mediocrīter. **E**t sicut illi q̄ nullo pacto p̄t expectare: z ideo minori pretio vēundāt mercimonia sua. **N**ō ergo pretiū debitū ex istis tribus scz a maiori incipiēdo: z a medio cri vsqz ad minorē eligat v num solum pretium qd̄ ad nummos tēo

dere oīno velit dum pōssit. Si nō poterit ad libitū vedat tantū modo p eodē p̄cio: nihil p̄itus vltorius crescēdo. Quod quidē p̄tium non excedat p̄tium maiorū mēcatorū. §. v. de rebus sine pretio. In rebus a nemie ap̄ptiatis mēcator bone fame ⁊ p̄sciē: et in mercimonijs illis optime exptus possz honestū limitare p̄tū solū ⁊ vnicū qd ad nummos h̄re intēdat si potēt: aliter nō crescēdo ēptorē expectet cum charitate sine defectus p̄mixtōe malarū rerum cum bonis decipiēdo: vel cum aq̄: terra: vel igne: ita vt i v̄tute: ⁊ p̄tio multuz deficiat. Quum pone p̄tū cupiēs tantūmō iuste ad nummos: si poteris tuas vendē merces. §. vi. de cābijs. Cambia dedita p̄pter lucrū oīa sunt illicita ⁊ tenē ad restitutōz. Cambia casualiter vel p̄pter securitatē pecuniarū tantūmō nō tenenē ad restitutōz: nisi sint sicca: ⁊ fraudata: que vsuram faciunt. §. vii. de proda ip̄ressitorum. Proda ip̄ressitoruz sp̄ sunt illicita ad emendū minori p̄cio: nisi sint in casu dotis. Dignora domorum: ⁊ agrorum retēto affectu sunt illicita: tā p̄pter instrumentuz q̄s sine cum simulatōe emptōis §. viii. de fraude p̄tj. Fraudatio p̄tiorū tam nautarum q̄s alioruz operū: vel applausiōē: ⁊ fictā ip̄romissiōē tenē ad restitutōz. ¶ Capitulū. v. de p̄silio ⁊ modo habendi in p̄silio ⁊ offitio ⁊ de m̄grato creando ⁊ de differētia p̄sonarum cū iustitia ⁊ de vnione ciuili.

¶ Paragraphus primus de iudicijs.

**A** d ierum ⁊ temporum constitutionē tenendā obseruari debeat sonitus buccine: ⁊ cāpane vocantis ad consiliuz et offitia. Sicut esset tuba in vltimo iudicio viuorum: ⁊ mortuorū. In auscultādo attēti. In credendo non subiti: sed cauti sint. In examinātōe prouidi: ⁊ astuti. In sententijs p̄silio ⁊ iustitia modesti. In damnatōe non securi: s̄ tēp̄ati: ita vt nec absq̄ aceto oleum: nec acetū sine oleo iniustum consitiat salatitium.

¶ Paragraphus secundus de modo habendo in consilio.

Modus in consilio: ⁊ in offitijs habendus. Diligere vnitatem cū vniuersali charitate: cum distinctione boni ⁊ mali: meriti ⁊ imeriti iuxta accepti sacramenti intentionem: ⁊ bonorum testium approbatiōz corrigendo malos: ⁊ bonos sp̄ adiuuando. iux̄ dicta Pauli

¶ §. iii. De creando magistratu: siue de electione offitorum.

Electio offitorum cum prudentia fit. Quando in magno consilio sedens: ⁊ supradictis in aio p̄positis tenēdo hec tria obseruet viliigentissime.

In ascoltando attēt? sit: ita vt cui sui suffragiū dare debeat valeat  
preuidere. In distribuēdo si qualitatē psonē nouerit: iux bonā cōs  
sciā cont ribuat fauorē. Si vero nō cognouerit vtrū p famā: z in  
formatōz circūstātū sese regat. Si hunc prenoiatū nobilem a ne  
mine intelligē poteris: fac scz q in tua consciā vidēt indicari. Itēz  
in eligēdo vel in ppria vel aliena voce sp sufficientiorē eligat: mas  
gis timēdo dñm deū q te bona z mala morte afficere p̄t: qz viros  
mortales: qui te dño adiuuāte nihil penit? tibi facere possunt.

**De differētia psonarū cum iustitia. §. v.** Differētia in senatu i suffi  
tencia hoim iux bonā consciā est. Meminē insufficientē: vel las  
sciūm adiuuare: vel p se sive p aliū fauorē concedere. S; solū vel  
le sufficientes nobiles: z xtuolos: cuiuscūq; generis: z domus fuerit  
fm etatis discretōz p leges z statuta ordinata iux bonam cōsciā  
**De vnione ciuili. §. vi.** Nullā penitus ptē vel diuisione; in senatu  
habeas. Nam q de tali re sentit: z tenet opinionē mortaliter pec  
cat. Et in odio quottidiano manet nec absolui p̄t: nec valet aliqñ  
cōmunicari. Nisi forte in aliquē notū partiale vitū aliquis odēt  
non hoim. Dicente b̄to Augustino. Sic diligendi sunt hoies vt  
eorū errores non diligant.

**Capitulū sextū de contractionibus licitis: z illicitis. §. i.**

**L**icita intētio est qñ bonus mercator: nullo mō intēdit facē  
vsurarie. Unde si in aduertēter seu p igrantiā fecerit vsu  
rā non tenetur ad peccatū: s; ad restitutionē. Et similiter  
de simonia post verā contritōz z verā satisfactōz. **De intentōe**  
illicita. §. ii. Illicita intētio est qñ malus mercator cupit: z est p̄ten  
tus facere vsurā vt magis lucret sciēter vel ignorāter: sp p̄mittē  
do vsurā peccat mortaliter. Et ad restitutōz tenet fm conditiōez  
contractus: atq; p solutōz. **De p̄tractu licito. §. iii.** Contract<sup>o</sup>  
licitus est in quo qd cūq; penitus sicut frumentū: vinum: pecunia  
aliqñ concedit ad imp̄rellitū cum lucro vltra capitale absq; licito  
labore z damno. Sicut q coacte mutuat cū damno: aut labore: et  
amissione t̄pis notabiliter: in tñ p̄t refici. Itē ad t̄po licite expe  
ctare p̄t q z vendere vltimum pretium pdignum ad nūmos: tunc  
nihil plus addere vellet vsq; ad decē annos z vltra. Verūtñ illis p  
sonis oīno dando que lucrari z non pdere possint: z fraudari.  
**De contractu illicito. §. iiii.** Aliter sp peccat mortaliter q vendit:  
z tenet ad restitutōz. Sed simoniacus malitiosus est ex cōmunica  
tus z tenet ad restituendū p̄mū: z beneficiū qd habuit.

De solutioe licita. §. v. Solutio licita est que in rebus: vel pecunijs  
 cursum nō angariatis: falsis vel pretio defraudatis persoluitur.  
 De solutioe illicita. §. vi. Illicita solutio est que in rebus que vendi  
 nō pnt nisi cū interesse: et in pecunijs nimis detōsis: falsis: vel dimi-  
 natis. Sicut sunt florēi vel vngari: et pro venetis ducatis: vel ali-  
 ter: et. peccat q̄ hoc facit mortaliter: et tenet ad restitutionem.

**C**apitulū. vii. de dieb' sctōrū festiuis: atz solemnibus.

**H** sunt dies festi toti' anni: q̄ celearant p̄ ecclesiā. Et illi q̄  
 b̄ crucē hnt vigiliam obseruant. Et nota qd̄ quattuor tpa: et  
 tota quadragesima debet ieiunari.

§. i. De sanctis occurrentibus in iāuario. Iāuari' hz dies. xxxi.

i	Circumcisionis.
vi	Epiphauie.
x	Sancti Pauli primi heremite.
xvij	Sancti Antonij.
xxi	Sancte Agnetis virginis
xxv	Conuersio sancti Pauli.

Paragaphus. ii. de sctis vt sup̄. Februarius habet dies. xxviii.

ij	Purificatio beate Marie virginis
ij	Sancti Blasij episcopi et martiris.
v	Sancte Agate virginis.
vi	Sancte Dorothee virginis.
xiiii	Sancti Valentini episcopi.
xxii	Cathedra sancti Petri.
xxiiii	Sancti Mathie apostoli.

Paragaphus. iii. Martius habet dies trigintaunum.

vii	Sancti Thome de aquino.
xii	Sacti Gregorij pape.
xxi	Sancti Benedicti abbatis.
xxv	Annunciatio beate Marie.

Paragaphus quartus Aprilis habet dies triginta.

xxiiii	Sancti Georgij martiris.
xxv	Sancti Marci euangelisse.
xxix	Sancti Petri martiris.

Paragaphus quintus. Maius habet dies trigintaunum.

i	Sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum
---	--

iii		Sancti Limentij de sancta cruce.
vi		Sancti Johannis de porta latina.
ix		Apparitio sancti Michaelis.
xxv		Sancti Urbani pape.
	<u>Paragraphus sextus</u>	<u>Junius habet dies triginta.</u>
xi	+	Sancti Barnabe.
xxiii		Natiuitas sancti Johannis baptiste.
xxix	+	Sanctorum Petri et Pauli apostolorum.
	<u>Paragraphus septimus</u>	<u>Julius habet dies trigintaunū</u>
xii		Sancte Margarete virginis.
xxii		Sancte Marie magdalene.
xxv	+	Sancti Jacobi apostoli.
	<u>Paragraphus octauus</u>	<u>Augustus habet dies trigintaunum</u>
i		Sancti Petri in vinculis
v		Sancte Marie de niue.
x	+	Sancti Laurentij.
xv	+	Assumptio beate Marie virginis.
xxiiii	+	Sancti Bartholomei apostoli.
xxviii		Sancti Augustini episcopi.
xxix		Decollatio sancti Johannis baptiste.
	<u>Paragraphus nonus</u>	<u>September habet dies triginta.</u>
viii		Natiuitas beate Marie.
xiiii		Exaltatio sancte crucis.
xxi	+	Sancti Mathei apostoli.
xxix		Sancti Michaelis.
xxx		Sancti Veronimi.
	<u>Paragraphus decimus</u>	<u>October habet dies trigintaunum</u>
iiii		Sancti Francisci.
xxviii		Sancti Luce euangeliste.
xxi		Sancte Ursule virginis.
xxviii		Sanctorum Simonis et Jude.
	<u>Paragraphus undecimus.</u>	<u>November habet dies triginta.</u>
i		Omnium sanctorum.
xi		Sancti Martini episcopi.
xxii		Sancte Cecilie virginis.
xxiii		Sancti Clementis pape.
xxv		Sancte Katherine virginis.
xxv	+	Sancti Andree apostoli.

liii  
vi  
vii  
viii  
iiii  
xci  
xcv  
xcvi  
xcvii  
xcviii  
xcix  
xxi

Sancte **B**arbare virginis.  
Sancti **N**icolai episcopi.  
Sancti **A**mbrosij episcopi.  
Conceptio beate **M**arie virginis.  
Sancte **L**ucie virginis.  
+ Sancti **T**home apostoli.  
Natiuitatis **C**hristi.  
Sancti **S**tephani prothomartiris.  
Sancti **J**ohannis apostoli et euangeliste.  
Innocentium festiuitas.  
Sancti **T**home martiris.  
Sancti **S**iluestri pape.

Incipit tertia ps libelli de transitu morientium.

Exordium.

**Q**um nec minori cura agendum esse putē in dispositōe: et ordi  
natōe corpusculi defunctorū in dei laudē: salutē aiarum: et  
primorū exēplo: q̄z in roboratōe aiarū defunctorū p̄ suis p  
suis t̄m modo salute. Propterea que necessaria sunt: et utilia moris  
entib⁹: hic infra dillicite apponere curauim⁹. Prima diuisio.

**A**d aduertendum est autem sumope ne pigritia: aut tar  
ditate cōfessoris aie defuncti aliquod spirituale damnum  
euenire possit. Itcirco que infra annotata sunt cura dilige  
tissima exerceant̄.

Capitulum primum de missa dicenda morienti.

**H**ora: tps: et autoritas fuerit corā moriente p̄ defunctis  
vel d̄ mortuis: vel de cruce missam celebrare optimum est  
et saluberrimum.

Capitulum secundū de passione xpi: et alijs orōib⁹ in hora mortis.

**Q**uē ac interi passio xpi legēda: et recordāda illi: si valz mo  
riēs pcipē omnino est: siue orationes que sunt in fine libri.

Capitulum tertium de aspersione aque sancte.

**E**pe tñ aqua aspergēdo sc̄ā illū: dicēdo vt sup̄. Asp̄ge fac  
mulum tuum et cetera. Capitulum quartum de vnctione.

**E**t vigilandum insuper est ne hora transeat ad vngendum  
corpus oleo sancto et animam deo commendandam.

Capitulum v. de orōibus dicēdis que in vltia pte sunt hui⁹ libelli

¶ liii



**D**einde orōibus antesc̄riptis a principio libelli corpus: et aiant  
mōientis dño Jesu xpo: sueq̄ gēitrici gl̄iosissime orādo p̄mēdare

Capitulum sextum de officio defunctorum.

**S**imiliter p̄ defuncto mortuorū officio vti deuotissime decz  
iniungēdo assātibus viris: aut psalmos: aut alias oratiōes  
Sed mulieribus. pater noster. aue maria. pro qualibet eas  
rum et hoc sepius. Ca. vii. d̄ elemosinis fr̄ed̄is an̄ exitū is̄mōrū.

**A**dinaduertendū: ac summope suadendū est parentibus: et  
cognatis: vt anteq̄ de corpore aia moriētis exeat: si p̄mō  
ditas aderit: et facultas: siue ptē: siue totū elemosinarum q̄  
fiende post obitū erunt: tunc erogare oīno velint: vt illarū elemosi  
narū suffragia in decessu illius defuncti q̄z primū antecēdētia diuī  
nā illi prestare possint lucē. Vel saltē more antedicto illico tardā  
xiii. p̄pe erga domū elemosine panis vini: nūm̄iq̄ cū ceteris sup̄ius  
p̄memoratis operibus m̄ie corporalibus. Secūda diuisio

Hec est forma quedā deuotissima funerum exercenda ab amicis:  
et charis. Et a confessorib⁹ omnibus is̄firmis p̄mendanda his sc̄z q̄  
facultatē habent erogandi.

Capitulum primū de vitanda inani gloria i erequijs mortuorum:

**Q**uoniam enim oīno euitanda sit inanis gloria ab oībus catho  
licis. deiq̄ fidelibus viuētibus et valentibus. Adulto lōḡi⁹  
ab egrotis: et defunctis: q̄ diuina stricti⁹ vltione detenti sunt  
fugienda: atq̄ detestanda penitus est. Quāobrē inanis apparatus  
in funeribus remittendus: imo et negandus est. Veruntū ad sacro  
sancte ecclesie precepta seruandū capitulum sue diocesis. Pleba  
num videlicet cū presbiteris: siue cum aliquibus deuotis plebanis  
aut presbiteris alijs vocari decet: qui cōposite: et deuote erequias  
perficere valeant.

Capitulum secundum de electione tredecim pauperum.

**S**uper in memoriam: et commemorationem domini nos  
stri Jesu christi: suorumq̄ apostolorum tredecim eligantur  
pauperes: vel sancti Raphaelis: vel sancte Agnetis ad con  
sistendum: et sotandum corpus vsq̄ ad tumulum: in manibus dese  
rentes accensos cereos. Si vero huiusmodi pauperes haberi mini  
me possint: habeantur laici mendicantes. Quibus loco quo vixē  
rit defunctus prandium preparetur vel cena vbi tumulatum fu  
erit cadquer: in cene domini nostri Jesu christi commemorationē.

**Capitulum tertium de religiosis viris beneficiatis.**

**D**einde fr̄es ⁊ religiosi q̄ beneficiati fuerint ad funera exe-  
quenda vocent̄. Qui locū cenobij p̄ueniāt vbi agēde sunt  
exequie: ibiq; p̄manētes donec missa solemniter cantata  
fuerit si aderit tps: donec tumulatū ⁊ humo traditū erit ipsius ca-  
daver. Cū hoc qd̄ si nimia hora p̄adij trāserit ibidē refutiant̄ vna  
cum p̄s biteris: clericis: ⁊ paupib;. In p̄mēoratōe p̄adij Jesu xpi  
in domo Zachet: ⁊ Marie magdalene: quibus salutē vitāq; dona-  
uit eternā de bonis ipsius defuncti. **Ca. iij. d̄ diuēsitate religi-**  
**onū: atz missarū: nō causa superstitionis: s; gratia maior; deuotōis**

**N**ob ignorantia egrotantiū: q̄bus legare aliquid obseruā-  
tium monasterijs debeāt: aie eorū premia amittāt eterna:  
nō attribuētes elemosinarū suffragia. Cui tñ placuerit de  
creui inferius diuersarū religionū obseruantū virorū: sanctarūq;  
monialium cū cōuētib; suis ordiate disponē: cū missis atz ordibus  
dicendis ab illis.

**Cenobia religiosorū virorū obseruantū**  
**Cartusienſes. Tricinarium. Misſe. tres de trinitate.**

**Ordinis sancti Benedicti**

Monachi sancti Georgij .m. .i. .L. .M. v. de Cruce  
Sancti Nicolai .i. .L. .M. .vii. de sancto. S.  
Sancte Helene .i. .L. .M. .vii. de Domina.  
Sancti Michaelis .i. .L. .M. .ix. de Angelis.

**Ordinis sancti Augustini.**

Canonici reg. charitatis .i. .M. .xii. Patriarcharū

Prima dominica aduentus.

Sancti Saluatoris .i. .M. .cxiii. Prophetarum.

Secunda dominica aduentus.

Sancti Spiritus .i. .L. .M. .xii. Apostolorum

**Ordinis minorum**

Sancti Francisci de vinea.

Sancti Job.

**Ordinis predicatorum**

Sancti Dominici conuentus .M. .iiii. Euangelistarum.

Sancti Petri martiris .M. .iii. Martirum

Sancti Christoferi

Sancti Raphaelis .M. .iii. Martirum

Sancte Agnetis pauperes.

Seruatorum venetiarum: ⁊ iude .L. .M. .iii. p̄ omnibus sanctis

**T**enobia religiosarum obseruantium monialium :

Sancte Crucis de iudea.

Sancti Seruuli

Sancte Clare de mur.

Sancte Justine.

S. Ludouici. S. katherine.

Sancti Ieronimi

Sancti Andree apostoli.

Corporis Christi.

Sancte Annunziatæ

Sancti Francisci stigmatum.

Omnium sanctorum.

Sancti Laurentij.

Pro quolibz istorū cenobiorum: siue monasteriorū moniali vnum psalteriū beate virgis Marie. Hoc est centū z quinquaginta aue m. cū pater noster in fine quaruncunqz. r. aue. p. qualibet moniali cuiuscunqz monasterij.

